INSCRIPTIONES PATAVINAE SACRAE, ET PROPHANAE TAM IN URBE, QUAM IN...

Jacopo Salomoni

Passerini
33

by Google

INSCRIPTIONES
PATAVINÆ
SACRÆ; ET PROPHANÆ

Tàm in Urbe, quàm in Agro poſt Annum M.DCCI. inventæ, ac poſitæ,

Nunc denuò

A Mag. JACOBO SALOMONIO Ord. Prædicat.
Collectæ, Notiſque plurimis illuſtratæ

Editis ab eodem, duobus voluminibus, Agri uno, Urbis altero

ADDENDÆ;

Ad Illuſtriſſimum, & Reverendiſſimum D.D.

FEDERICUM
CORNELIUM

SS. D.N. Papæ CLEMENTIS XI. Prælatum Domeſticum, & in Legatione Bononienſi ejuſdem Pro-Legatum Digniſſimum.

PATAVII, M.DCCVIII.

Typis Joſeph Corona Typographi Patavini.
Editionem procurante Aloyſio Pavino Bibliopola Veneto apud S. Julianum.

SUPERIORUM PERMISSU.

HORATIUS

Carminum lib. 3. Ode 30.

Exegi Monumentum ære perennius
Regalique ſitu Pyramidum altius:
Quod non imber edax, non Aquilo impotens.
Poſſit diruere, aut innumerabilis
Annorum ſeries, & fuga temporum.

Digitized by Google

ILLUSTRISS. ac REVERENDISS. D. ac Patrono ſuo Clementiſſimo

FEDERICO CORNELIO Pro-Legato Bononienſi.

Fr. JACOBUS SALOMONIUS
Felicitatem.

Um eò me anni provexerint, ut jure affirmare queam, me jampridem Vitæ appendice frui, non abs re mihi viſum, editis à me Libris Appendicem adnectere, Auctariumque, collectis, quas vel omiſeram, vel recens appoſitæ ſunt, Inſcriptionibus, gemino hac ſuper re libello meo ſuperaddere; atque unà illud quale-

cunque eſt Tibi Præſul Illuſtriſſime, ac Reverendiſſime, quaſi colophonem obſequii mei dedicare, non ut inde, ex ampliſſima ſcilicet Gloria CORNELII NOMINIS mihi vel Opuſculo meo decus expetam, aut tutelam adversùs Criticos, parcentes nemini, ſolitoſque neminem revereri, ſed ut in hoc veluti corollario laborum meorum liceat palam omnibus profiteri, quanta debeam CORNELIÆ GENTI, cui me fortunamque meam unicè debeo. Ejus nimirum Sereniſſimis auſpiciis homo novus, peregrinus, ac penè dixerim exul in clientelam adſcitus, ab immortalis memoriæ Antiſtite Patavino GEORGIO CORNELIO Theologus Curiæ dictus ſum, tanta deinceps tum ejus, tum clariſſimorum Heroum poſterorum ipſius Beneficentia, & Humanitate cultus, ornatus, auctuſque, ut ſim omnibus, mihique ipſi in primis ingratiſſimi ſceleris reus, ni reliquias haſce ad obitum vergentis ætatis meæ in CORNELIAM GENTEM, quæ me Patrocinio prævivit, c, ut ita dixerim, beneficiis quaſi manuduxit, contulero. In ea porro, Te præſertim, Illuſtriſſime Præſul, elegi, cui hanc Opellam Senectutis meæ, ſeu potius hoc teſtimonium

meæ

mea erga Excellentiſſimam Gentem tuam obſtrictiſſimæ voluntatis offerrem, quòd Tu præſertim, ea, qua es in omnes veluti nativa Benignitate, me propenſiùs prolixiùſque cumulaſti: nimirum in hoc etiam, ut & in cæteris exempla, munificumque, ac liberale ſemper ingenium ſecutus Majorum Tuorum, quorum mentem egregiam ita complecteris, atque ita exprimis regiam planè Prudentiam, & Comitatem, ut ſperandum omnino ſit, fore Te dignitatibus, laudibuſque ex ingenuo labore quæſitis, parem illis, quorum imitaris geſta clariſſima, æmularis merita, virtutem aſſequeris. Ut ut illi Maximi fuerint, habes exemplum domeſticum, quo Maximos æques, vel ſuperes: inſpectaque Maximi Patrui Tui Eminentiſſimi Cardinalis GEORGII Vita, noſti, Cornelium eſſe, majora Maximis petere; nec metam ullam eſſe CORNELIÆ Gloriæ poſitam, quam auctam à majoribus effuſiùs auget Purpura Patrui Tui, augendam à Te quoque aliquando profuſiùs, cùm iſti Indoli, iſti Sapientiæ, iſti, ut ita dixerim, Virtutum Populo, quo excoleris, debita tandem Superi præmia certiſſimè conferent. Sic Opto, ſic precor, ſic ominor: his precibus victurus,

 quod

quod ſupereſt, in hoc omine moriturus felix cùm moriar. Vale, teque avitis honoribus incolumem ſerva.

Patavii ex Cœnobio D. Auguſtini, PP. Ord. Prædicatorum Kal. Januarii M. DCCVIII.

Ad

Ad Lectorem.

Ecce tuum, Lector benevole, tertia Patavinarum Inſcriptionum collectio ſub aſpectum prodit. Inſperatum ſanè opus, vel mihi, cui tale aliquid audenti Virgilianum illud animo obverſatur

Quo moriture ruis, majoraque viribus audes?

Scilicet Monumenta Patavina, unà cum variis adnotationibus evulgaveram, Agri quidem anno 1696. Urbis verò 1701. quibus abſolutis, cum ea eſſem ætate, ut honeſtam à literaria militia miſſionem mihi liceret accipere, ipſam idcircò otioſam, & quietam traducere jam decreveram. Intereà tamen mitti ad me nova monumenta, ab amicis, quibus multum debeo, non ceſſabant, partim ex antiquis, quæ in præcedentibus collectionibus viſum effugerant, partim ex novis, quæ in dies ponebantur; eaque demùm copia creverant, ut ex ipſis volumen, non incommodè componeretur. Tunc illi me hortari, ut ea publici juris facerem, prioribuſque jam editis adjicerem: non eſſe quid dubitarem opus abſolvere, quod multis foret pergratum: fortaſſe neminem futurum eſſe, qui hanc provinciam in poſterùm ſuſcipiat, quod pauci ſint hodie, qui aliena opera velint perficere, ſed omnes novitate inſtituti delectari: conſulendum eſſe tot Illuſtrium Virorum nominibus, ne unà cum rebus geſtis, quas imitentur poſteri, oblivione obruantur. Hæc, & alia aſſerentibus haud mihi difficile fuit mutare conſilium; præſertim verò illud meum reputans, quod ad futurum incrementum Gloriæ hujus Nobiliſſimæ Urbis, quam unicè ſemper dilexi, & loco Patriæ habui, labor iſte, qualiſcumque pertinere videbatur: quæ quidem cogitatio tam vehementer animum, ætate licèt ſtudiorumque laboribus feſſum, incendebat, ut non multis opus fuerit illis, ut me in eorum ſententiam adducerent; facile namque eſt animum aliàs diſpoſitum flectere, atque (ut Auſonii verbis utar) *Muſas hortari, ut canant, maria ut effluant, auras ut vigeant, ignes ut caleant.* Inſcriptiones igitur, quas ad manus habebam, eo, quem vides, ordine diſpoſui, ac notis, quæ mihi commodùm obviam venere, utcumque tandem, illuſtravi; in quibus multa invenies, quæ cum prioribus Libris connexionem habent, quæque cum ipſis utiliter conferas. Habebis etiam Notitiam Hiſtoricam rerum Patavinarum; qua tibi ſtatus Urbis, æquè, ac Territorii, tùm Eccleſiaſticus,

Google

tùm Secularis innoteſcer; ibique multa de Epiſcopis Patavinis, Sereniſſimæ Familiæ Corneliæ, memoratu digna invenies, in gratiam cujuſdam *Clariſſimi Viri Pariſienſis*, ex me res illas percontantis, exaratum, huicque volumini, hortatu amicorum, annexam. Habebis denique judicium de prioribus Libris latum ab *Eruditis Lipſiæ*, quod ſanè prætermiſiſſem, ne ad gloriæ ſtudio factum videretur: niſi me eorum eximiæ humanitati, qua laboribus meis ſupra meritum indulſere, incredibiles debere gratias, beneficium oſtendendo patefacere oporteret. Cæterùm, quod ad Incriptiones pertinet, qua fide, qua diligentia eas retulerim, alibi te monui. Quod ſi aliqua alia, mihi adhuc inviſa, reperiatur, de qua neque in hoc, neque in præcedentibus Libris commemoraverim, illud Euripidis me excuſabit, εἷς ἀνὴρ οὐ πάντ᾽ ὁρᾷ: videlicet unus vir non omnia videt. His igitur pro tua humanitate utere, & vale.

Facultas Reverendiſſimi Patris Magiſtri Generalis Ordinis Prædicatorum.

Nos Fr. ANTONINUS CLOCHE Sacræ Theologiæ Profeſſor, ac totius Ordinis Prædicatorum humilis Magiſter Generalis, & Servus.

CUm uti nobis exponitur, R. A. Pat. Mag. Fr. Jacobus Salomonius Provinciæ noſtræ S. Dominici Venetiarum opus, cui titulus INSCRIPTIONUM PATAVINARUM APPENDIX, composuerit, illudque prælo ſubjicere deſideret, Nos harum ſerie, noſtrique auctoritate Officii, quantum in Nobis eſt, & ſervatis aliàs ſervandis, paternè indulgemus; dummodo ab Adm. RR. PP. Mag. Fr. HYACINTHO SERRY, & Fr. Jo: DOMINICO DONATO Savoldelli Studii noſtri Generalis Regente præfatæ noſtræ Provinciæ luce dignum judicetur, eorumque cenſorio in ſcriptis calculo approbetur. In nomine Patris, & Filii, & Spiritus ſancti, Amen. In quorum fidem &c. Datum Romæ in Conventu noſtro S. Mariæ ſuper Minervam die 30. Julii 1707.

Fr. ANTONINUS CLOCHE Magiſter Ordinis.

Reg. fol. 16.
Fr. Thomas Ripoll Mag. & Socius.

Approbatio Theologorum.

UT Reverendiſs. P. ANTONINI CLOCHE Ord. Præd. Mag. Gener. mandatis pareremus, perlegimus ſedulò Librum, cui titulus: *Inſcriptionum Patavinarum Urbis, & Agri Appendix* à R. P. Mag. Jacobo Salomonio conſcriptum, in quo nihil animadvertimus nota dignum Cenſoria, tum ſi ea, quæ ad Catholicam Fidem, tùm ſi, quæ ad mores optimos pertinent, accuratè conſideres, labores verò mirati in eo ſumus, ſtudioſiſſimi Senis, qui vel ultimam ſenectutem in Litterariæ Reipublicæ commodum, atque utilitatem impendens dies, noctesque in omnibus colligendis Inſcriptionibus deſudavit, quæ Patavinam Urbem, & Agrum illuſtrant. Poſt edita cum ingenti litteratorum hominum laude Agri, & Urbis ejuſdem monumenta, eo ſanè uno diſcrimine, quod Agri Inſcriptiones primus dedit, Urbis autem monumenta inſignia alia à præclaro Antiſtite Æmonienſis Urbis Philippo Tomaſino pridèm collecta eſt mutuatus, alia verò collegit ipſe primus, quod vel Tomaſini ſubterfugerint induſtriam, vel poſt Tomaſinum prodierunt. Opus hoc propterea ritè, ſanctè, atque integrè dignum judicamus, quod typis mandetur, in commune eruditorum hominum beneficium.

Ita cenſeo ego Fr. HYACINTHUS SERRY Gallus Doct. Sorbonicus, & in Univerſitate Patavina Primarius Theologiæ Profeſſor.

Ita quoque cenſeo ego Fr. Jo. DOMINICUS DONATO Savoldelli Studii Generalis Patavini Regens.

NOI

NOI REFFORMATORI
Dello Studio di Padova.

HAvendo veduto per la Fede di reviſione, & approbatione del Padre F. Vincenzo Maria Mazzoleni Inquiſitore, nel Libro intitolato *Inſcriptionum Patavinarum, tàm Agri onno 1696. quàm Urbis Anno 1701.* à *Jacobo Salomonio Ordinis Prædicatorum*, non v'eſser coſ' alcuna contro la Santa Fede Cattolica, & parimente per Atteſtato del Segrerario Noſtro; niente contro Prencipi, & buoni coſtumi, concedemo Licenza à Giuſeppe Corona Stamparore, che poſſi eſser ſtampato, oſservando gl ordini in materia di Stampe, & preſentando le ſolite Copie alle Publiche Librarie di Venezia, & di Padova.

Dat. li 27. Aprile 1706.

(Gio: Lando Kav. Proc. Reff.
(Sebaſtiano Foſcarini Kav. Proc. Reff.
(Franceſco Loredan Kav. Proc. Reff.

Agoſtino Gadaldini Segrit.

A 3

AD MAGISTRUM

JACOBUM SALOMONIUM

ORDINIS PRÆDICATORUM

Eminentiſſimi, & Reverendiſſimi S.R.E. Cardinalis GEORGII CORNELII Epiſcopi Patavini Theologum, dum 82. annos natus, & tertium ederet Patavinarum Inſcriptionum Librum.

EPIGRAMMA.

SAt Patria, Muſiſque, Pater: tibi denique vive;
Perfunctuſque gravi munere vive tibi.
Ut Proavis repares magnis ſudoribus annos;
Annos cur vitæ detrahis ipſe tuæ?
Tergemino luſtras Patavi monumenta labore;
Addere patratis nil nova cura poteſt.
Famam ſi quæris, te Sæcula nulla tacebunt;
Codice nam trino Sæcula nulla taces.
Si loca noſtra refers titulis famoſa vetuſtis,
Dicentur tituli per loca noſtra tui.
Nomina ſi cenſes veterum laudata Virorum,
Juncta tuo veterum nomina ſemper erunt.
Si tibi quidque data laudem pro laude rependat,
Nullus erit toto notus in orbe magis.

J.F. Sem. Patav. Alumnus.

Al Libro.

S O N E T T O.

Dello ſteſſo.

Fogli mettete l'ale, e gite intorno
D'Illuſtri Nomi à publicar le Glorie;
E dell'età divoratrice à ſcorno
Eternate à gli Eroi le ſue Vittorie.

Il Pellegrin ſenza cangiar ſoggiorno
In voi ritroverà ſparte memorie,
E ſi farà ſenza fatica adorno
D'antiche coſe, e di locali Iſtorie.

Quanti riſorgeran mercè di voi,
Che avea l'invido Lete omai ſepolti;
E quanti torneranno à dirſi Eroi?

Quindi c'inſegnerà chi v'hà raccolti,
Come un Eroe con i lavori ſuoi
Poſſa arrivare à partorirne molti.

J. F. Sem. Patav. Alumnus.

Iu-

Judicium Actorum Lipſiæ de utroque Libro tum Inſcriptionum Urbis, tum Inſcriptionum Territorii Patavini, quas edidit P. M. Jacobus Salomonius Ord. Prædic. editum iterum à Hieronymo Albritio in ſuo Muſeo.

(145)

ACTORUM

Eruditorum, quæ Lipſiæ publicantur ſupplementa Tom. III. Sect. IV. fol. 172.

Agri Patavini Inſcriptiones Sacræ, & Prophanæ Fr. Jacobi Salomonii Patavini apud Aloyſium Pavinum Bibliopolam Venetum 1696. in 4. alph. 2. plag. 12.

PAtriam ſuam literis illuſtrare, & ſuorum Civium glorioſis titulis exornare, eorumque memoriam conſervare, anniſi ſunt plures Patavini, præ cæteris *Bernardinus Scardeonius*, *Sertorius Urſatus*, *Jacobus Philippus Tomaſinus*, qui tàm ex antiquis, quàm novis auctoribus, quidquid præclari de Patavino agro repererunt, quidquid de præſtantiſſimis hujus antiquiſſimæ, celeberrimæque Urbis civibus, qui vel literis, vel armis, vel ingenio, vel alterius cujuslibet rei geſtæ gloria claruerunt, reperire licuit, ab interitu vindicare allaborarunt; non magis decorum putantes ſtatuam in Populi Romani foro habere ſibi, quam alteri ponere. Quùm autem in Lapidibus vetuſtis, & monumentis, præclarorum Civium memoria quàm maximè conſervetur, iſtorum eximiam habuere, quos diximus, patriæ amantes viri, & ſaxa antiquis notis inſcripta, quæ aut Patavii inſtra mænia, aut extra in agro extant, juſtis commentariis ſunt complexi. Neque hi tamen ità officio ſunt

defuncti, quin uberem materiam reliquerint induſtriæ doctiſſimi Senis *Salomonis*, Ordinis Prædicatorum, in Cœnobio Divi Auguſtini Patavino Fratris, ad colligendas Agri Patavini ſacras, & prophanas Inſcriptiones toto animo converſi. Has ſummo ſtudio collectas dum evulgavit, non nudas, aut ſteriles in publicum mittendas duxit, verùm hiſtoricâ rerum geſtarum, & bellorum à Patavinis, ipſoque ejus conditore *Antenore*, à mille ante natum Chriſtum annis, & ultra geſtorum ad ſuperioris uſque ſæculi tempora deducta enarratione, nec non Geograficâ *Territorii Patavini* veteris, & hodierni deſignatione, crebiſque annorationibus, inſcriptiones, quas exhibet dilucidavit; allegatis ubique ſcriptoribus, ex quibus, quæ allata ſunt deprompſit, Albertino Muſſato, Angelo Portenario, Bartholamæo Burchielato, Rolandino Grammatico, Petro Juſtiniano, Petro Marcello, Hieronymo Atheſtino, Georgio Pilono, Jo: Bapriſta Pigna, Jo: Baptiſta Vero, Paulo Paruta, Laurentio Pignorio, Paulo Mauroceno, Leandro Alberti, Lud. Moſcardo, Elia Cavriolo, Vvilbelmo, & Albrighetto Cortuſiis, Bern. Corio, Baptiſta Pagharino, & aliis; ex quibus omnibus, quæ ad Patavini *Territorii*, & inſcriptionum ibi repertarum, cognitionem faciunt, magnâ curâ excerpit: ut non modò lapidum, Antiquorum, & recentium, ſepulchralium plerorumque, in iiſque extantium epigrapharum, ſed etiam privatorum æquè, ac publicorum Ædificiorum, Templorum, Baſilicarum, Ædicularum, columnarum, Portarum, rerumque memorabilium, & antiquitus in iſta Terra geſtarum notitia animos lectorum imbuat. Ex epigraphis unicam, quæ *Franc. Petrarchæ* honori, quo Italia quàm maximè nec immeritò gloriatur, conſecrata fuit, poſtquam tumulum ejus *Bavariæ Duces* adiiſſent, & conſpexiſſent, apponere libet. Nempe *Arquadum* Collis amœnus, atque cultiſſimus, vino dulciſſimo abundans, Poetæ hujus ſepulchro celeberrimus, & maximè nobilitatus, & in æſtate quotidiè ab advenis

Digitized by Google

venis frequentatus, in Cæmeterio Subdit, *Æneum caput ad vivam Petrarchæ imaginem conformatum conſpicıendum, Præbet cum hac inſcriptione* Fr. Petrarchæ Paulus Valdezzucus Poematum ejus admirator Ædium, agrique poſſeſſor hanc eff. poſuit Anno M.D.XLVII. Idibus Sept. Manfredino Comite Vicario. *De Petrarca u. Inſcr. Urb. fol* 515. 579.

Hunc Tumulum cum anno 1667. *Bavariæ Duces inviſiſſent ad parietem Templi Arquadenſis propè domum Archipræſulis, hanc inſcriptionem tabulæ marmoreæ inſculptam Auctor p.* 154. *narrat.*

Arquades nunc memorabiles dignoribus obſequiis illuſtrioribus trophæis feſtinantes accurrite, ovantes plaudite, jubilantes aſpicite majeſtatem ubique fulgentem Electoralem Sacri Romani Imperii apicem radiantes vultus, Sereniſſimos Soles Ferdinandi Mariæ, Adelaidę Heroinæ *Bavariæ Ducum*, generoſiſſimos, invictiſſ. glorioſiſſ. pietate, religione, juſtitia incomparabiles, vitiorum ultores, virtutum altores, demum charitum pupullas. Qui inſignis Petrarchæ Romano triumpho laureati funeream inviſentes memoriam, tanto vati defuncto majorem honorem attulerunt, quam eo vivo Angliæ Rex nuptiali menſa donavit. Liviana lingua eloquentiæ Theſauro Gaditanos traxit Franciſci cineres. Quid amplius? mira fama, tacita loquela Principes protrahunt. Auguſtiſſimis igitur nominibus Germaniæ Inclytis Syderibus Bavaræ genti felicitatem ſemper ominantibus, Euganeis præclara monumenta relinquentibus. *Eques Marcus Hieron. Bellinus Conſtantinus* hujus Vicariatus Archipresb. Immortali memoria perpetuò dicavit. Anno ab Orbe reparato M. D. CLXVII.

Antiquius monumentum, Petrarchæ, & duobus, aliis claris Italis conſecratum ſuperiore ſæculo, eadem pag. exhibet, quod in Archipresb. Templi pariete marmorea tabella inſcriptum ſit.

Danti Aldigherio, Franciſco Petrarchæ, & Joanni Bocaccio, Viris ingenio, eloquentiaque clariſſimis, Italicæ linguæ parentibus; ut quorum corpora mors, & for-

A a tuna

tuna ſejunxerat, nomina ſaltem ſimul collecta permanerent. Joan. Brevius Canon. Cenetenſis, hujus Baſilicæ Rector in ſui erga eos amoris, Obſequiique teſtimonium poſuit M. D. XXIIII.

Prope Eccleſiam Arca marmorea Petrarchæ.

Frigida Franciſci lapis hic tegit oſſa Petrarchæ;
Suſcipe Virgo parens animam, ſate Virgine parce.
Feſſaque jam terris cæli requieſcat in arce. 1374. 18 *Julii.*

Sub ſceleto felis Petrarchæ, quæ adhuc conſpicitur carmina Antonii Quærengi leguntur.

Etruſcus gemino vates exarſit amore
Maximus ignis ego, Laura ſecundus erat.
Quid rides? divinæ illam ſi gratia formæ,
Me dignam tanta fecit amante fides.
Si numeros, geniumque ſacris dedit illa libellis,
Cauſa ego, ne ſævis muribus eſca forent.

Arcebam ſacro vivens à Limine mures
Ne domini exitio ſcripta diſerta darent.
Incutio trepidis eadem defuncta pavorem
Et viget exanimi in pectore priſca fides.

Hac clariſſimi vatis conſervandæ memoriæ cauſa præ cæteris excerpſiſſe juvat epigraphas: Plures enim depromere nimis foret prolixum, & ab inſtituto noſtro alienum.

Num. II.

Num. II.

Acta Eruditorum Lipſiæ

Urbis Patavinæ Inſcriptiones Sacræ, & Prophanæ à Mag. Jacobo Salomonio Ord. Præd. collectæ Patavii ſumptibus Jo. Bap. Cæſari. 1701. in 4. Alph. 3. plag. 12. fig. æn. 8.

Quem titulum Clariſſimus Jacobus Philippus Thomaſinus, Æmonæ Epiſcopus, epigrammatum Patavinorum collectiani 1649. à ſe editæ olim præfixit, eundem quoque præſenti libro apponere voluit indefeſſus lapidariæ antiquitatis vindex, atque aſſertor Salomonius GEORGII CORNELII *Epiſcopi Patavini, mox Eminentiſſimorum Cardinalium* GREGORII BARBADICI, & GEORGII CORNELII *Junioris Theologus. Sicut enim ille, quod habebat otii honeſti ad conſervandam majorum famam, quorum ſepulchra in templis paſſim, ac cœmeteriis, peſſimo, barbaris imò gentibus inſolito exemplo venundari, titulos effodi, fractiſque tumulis ſaxa feneſtris, podiolis atque ædium fundamentis adplicari, non ſine ſtomacho animadverterat, utiliter impendit. ità etiam hic Noſter tàm præclaris veſtigiis inſiſtere glorioſum ratus, omnes inſcriptiones Patavinas, tam ſepulchrales, quàm inde honorarias, quæ vel illius diligentiam effugerant, vel per hoſce quinquaginta annos exaratæ demum fuerant, ſedulò conquiſivit, & cum Tomaſinianis uno conſpectu exhibuit, ut adeò non mirandum, quare in tanta ſtudiorum paritate, haud diſparem rubricam auctor adaptaverit. Potuiſſet quidem is poſt Inſcriptiones Agri Patavini quinque abhinc annis ſummo cum applauſu vulgatas (quarum in ſuplem. T. III. Sect. IV. p. 172. Supl. honorificam mentionem fecimus) à vigiliis literariis ad quietem jure optimo converti; attamen ne iſta ratione mutilare videretur piiſſimum laborem, alterum hunc pulchellum doctiſſimæ ſenectutis fœtum in lucem emittere maturavit. Infi-*

nitam

nitam ergo epigrapharum multitudinem, quæ tàm in Eccleſiis, & religioſis receſſibus, quàm in aliis ædificiis publicis, & privatis, Mœnis, Portis, Pontibus, Bibliothecis, intra Urbis pomeria viſuntur, hic complexus eſt, quarum ope, & hiſtoria Sacra, & civilis egregiè illuſtratur, variæque ejus ambiguitates ſolidius ſtabiliuntur. Neque enim nudas inſcriptiones adduxiſſe ſatis habet, ſed illas plurimis obſervationibus hiſtoricis exornat; quibus Templorum, Ædiumque publicarum fundationes, Cœnobiorum, & Religioſarum ſodalitatum origines, Virorum illuſtrium ſcripta, facta, & poſteras locorum Urbis in quibus familiarum Nobilium domicilia; ſub Actiolini tyrannide ſolo olim æquata, extiterunt, vel aliud quid memorabile contigit, exactam deſcriptionem, omnia denique, quæ ad peniiorem Inclytæ Civitatis faciem dilucidandam pertinent, è probatiſſimis Auctoribus copiosè depromit. Lubet in præſenti celebriorum aliquot jure Conſultorum Elogia ſpeciminis loco commemorare. Templum Cathedrale, in quo Sacellum Zabarellarum B. M. V. in ſublimi loco figuram Cardinalis quieſcentis marmoream oſtentat, cum his Verbis.

Vide in Inſcript Urbis fol. 11 n. 53. Franciſco Zabarellæ Florentiæ Archiepiſcopo, &c.

In Templo verò Carmelitarum ſupra januam, quæ ad Cœnobium ducit, inſigne Tiberii Deciani monumentum cum ſtatua marmorea hoc encomio ornatum videtur:

fol. 159. n 28. Tiberio Deciano Patricio Utinenſi, &c.

Succedat Pauli, & Angeli de Caſtro, Patris, & Filii jure Conſultorum magni nominis in Gymnaſio Patavino, ſepulchrum in templo Sanctæ Mariæ ordinis ſervorum, ob ambitioſum iſtius ſeculi faſtum imprimis notabile. Paulo de Caſtro Avo, &

fol. 468. n 20. Angelo Patri, Comiti Pal. Utr. Jur. Doctoribus, & in orbe Monarchis Nicolaus de Caſtro, Utr. Jur. Doctor, Canonicus Paduanus, Apoſt. Cubicul., & Comes Palat. fieri fecit M. CCCC. LXXXVIII. *O quantam voluptatis titillationem ſenſiſſe credamus Nicolaum, dum Monarchas qualeſcunque inter progenitores ſuos numerare potuit! Verum ne aliorum excellentium Virorum meritis obtrectare videamur, ad eorum quoque cippos aliquantiſper oculum intendamus, inter quos ille, qui ſupra lavacri Thomaſini exuvias tegit, primum*

locum

Google

locum teneat, Jacobo Philippo Thomaſino hujus primum &c. fol 41
Conſpicitur autem ille in Eccleſia cœnobii B. Virginis in Vancio di- n. 10
cti, in quo Seminarium Clericorum poſtea inſtitutus Eminentiſſ. *CARDINALIS BARBADICUS & clericis alumnis auxit, ampliſſimis cenſibus ditavit, Præceptoribus omnium ſcientiarum, ac linguarum Latinæ puta, Græcæ, Hebraicæ, Chaldeæ, Arabicæ, & Syriacæ inſtruxit, celeberrimo Typographeo, in quo characteres prædictarum linguarum, & inſuper Illyricæ, & Armenæ elegantiſſimè fuſi deprenduntur, regali ſumptu ornavit, atque ex eodem lectiſſimos omnium facultatum libros jam jam prodire juſſit.*

Sequatur deinde ſagaciſſimi Philoſophi Fortunii Liceti monumentum in Templo Sancti Auguſtini Ord. Prædicatorum humi Conditum, atque hoc epigrammate conſpicuum. Mortales ità vivite, ut mens ſit in ſepulcro, dum corpus extra tumulum. Nam huc lato cadavere cœlum aſcendet anima. Hoc eſt ſolidum ſapere. *Tertio loco veniat elegans marmor celeb. Patini, ad dexteram aræ Divi Caroli in pariete Templi cathedralis inſertum.* D. O. M. Carolo Patino. &c. *Agmen denique claudat præſtantiſſimi antiquorum numiſmatum imitatoris* fol. 28, *dicam, an adulteratoris, Cavinii, lapis ſepulcralis, qui in* n. 88.
Eccleſia Canonicorum Lateranenſium Sancti Joannis in Viridario reconditus apparet. Joann. Cavinio viro integerrimo Patri de ſe opt. merit. qui antiquorum opera maxi. judicio coluit, & priſcorum præſertim cæſarum, multorumque ætatis ſuæ virorum clariſſ. imagines cudendo expreſſit, Camillus Fil. Juris Conſul. ob ſuam in ejus pietatem, ſibique ac ſuis omnibus P. C. vix. An. 70. menſ. 4. ob. An. 1570. Non. Septemb. *Norunt eruditi, quam affabre monetarum veterum matrices ille effinxerit, nec minus norunt iidem, quantam vel etiam acutiſſimos fallendi materiam ſimul paraverit, ut multi ſupoſititii numi (à patria artificis Paduani dicti) pro genuinis nunc obtrudantur, laudem nihilominus inde apud ſuos tulit maximam, ut etiamnum ingens è vivo ſcilice lapis quadratus cum circulo ferreo, quo in percutiendis numiſmatibus uſum fuiſſe ajunt, ad propagandam tanti operis gloriam, in cœmeterio ma-*

joris

joris Eccleſiæ monſtretur. **Complura quoque exterorum, Germanorum, Gallorum, Anglorum, Polonorum, Belgarum, Tranſylvanorum, hic loci, quorſum vel ſtudiorum causa, vel ex itinere ſaltem forte diverterant, inopina morte extinctorum epitaphia inſperſa leguntur, ex quibus duo afferemus alterum quo in templo Sancti Antonii in polito marmore ſplendet:** Suſpira viator nam ingentis viri Chriſtophori Sapieæ Supremi Pincernæ Magni Ducatus Lituaniæ paratum lapidem cernis, quem poſt incredibiles triumphos ab Oſmano Turcarum Rege, tum inhumano Moſchorum Principe proprio ſumptu & milite comparatos, fœduſque cum maximo Poloniæ plauſu peractum, Patavinum lubenter excepit, mortuum non lubenter deploravit. Adeò Patriæ nihil de Cive ſuo præter famam reliquit, & ipſos cineres negavit mors ingrata. A. D. M. D. CXXVII. Novembris XXVII. *Alterum quod apud PP. Ord. Eremitarum Divi Auguſtini in Eccleſia Sancti Philippi, & Jacobi candidiſſimo marmori inciſum proſtat.* Piis manibus ſtrenui, & Nobiliſſ.

fol. 290. D. Melchior. Friderici ab Hunighe &c.

n. 216. *Dum autem tantam inſcriptionum medii, & recentioris quiſquiliarum farraginem hic collegit Rev. Auct., Vetuſtioris pariter ſeculi nonnullas noviter detectas ſubinde adjecit, quarum hæc maximè memoratu digna, quæ anno 1696. d. 13. Auguſti repertæ ſunt. In Monaſterio Sancti Petri monialium.*

M. JUNIUS SABINUS IIII. VIR ÆDILITIÆ POTESTATIS E LEGE JULIA MUNICIPALI. PATRONUS COLEGI CENTONARIORUM FRONTEM TEMPLI VERUS, ET HERMIS MARMOREIS PECUNIA, SUA ORNAVIT, ET tui-	*Fuit hic Junius Sabinus Quatuor Vir ædilitiæ Poteſtatis, qui Magiſtratus videtur Lege Julia in municipibus introductus. Fuit inſuper Collegii Centonariorum Patronus. Centonarii verò appellabantur, qui Centones faciebant. Erant hi Panni ex Lana diverſorum Colo-rum*

TUTTIONI DEDIT H. S. N. CCXXXXII.	*rum conexit, quare Collegium Centonarsorum erat Callegium Lanificum in hac Urbe antiquiſſimum. Floret hodie.*

Operi colophonem imponit faſtis Pratoris Urbis Patavina ab An. 1156. uſque ad annum 1701. continua ſerie productis, & catalogo Primorum, Reipublica, & Ducum; dimde luculentum auctarium, Inſcriptionibus, Agri Patavini accomodatum, liberaliter ſubnectis, tandemque tum ſacrarum ædium vicatim diſpoſitarum, tum nominum, & familiarum indices adjungit, eoque pacta librum ſuum omnibus numeris abſolutum præſtare ſtudet.

Cùm libellus hic Sereniſſimo Duci, ac Senatui, queis ſacratus eſt, oblatus fuit ab Auctore his, quæ ſubjicimus, verbis Italicis; Dux Sereniſſimus eum clementiſſimis verbis excepit, eaque muneris exiſtimatione proſecutus eſt, ut publico mandato iis, ad quos ſpectat, imperatum ſit, Ducatos nummos argenteos valoris boni numerari numero centumquinquaginta ob librum publicæ Majeſtati ſacratum, futuros teſtes munificæ ſimul, & gratæ voluntatis, quam muneri Regia Venetæ liberalitatis benignitas impendebat. Verba autem ſunt hæc:

L' Eccelſo Trono di queſta SERENISSIMA PUBLICA MAESTA', *come hà per primo attributo della ſua ſublimità la clemenza, così giuſtifica la temerità del mio ardore, che le offre in queſto Libro l' umiliſſimo oſſequio della mia vecchiaja, eſſa,* SERENISSIMO PRINCIPE, *preſenta à voſtri Piedi in queſta ſua fatica, fortunata, perche conſagrata al voſtro Auguſtiſſimo Nome, un ſuddito nutrito delle voſtre Grazie, adoratore del voſtro benefico Governo, e fedeliſſimo Soggetto al voſtro glorioſo Impero. Il chiedere, che gradiate nell' offerta la divozione eſtrema d'un core, che in Settantoquattro Anni di Vita non hà reſpirata altra aura, che la conce-*

B duogli

Digitized by Google

dutagli dalla voſtra adorabile Benignità, è un chieder ciò, che ſenza richieſta con genio magnanimo concede la Serenità voſtra à ciaſcuno de' ſuoi fedeliſſimi ſudditi. Più toſto dunque ſupplicarò, che non mi ſi rechi à colpa la glorioſa temerità, che eſſercito in offerirvi un dono, che oltre l'eſſer in sè ſteſſa tutta Voſtra, non averà mai altro di preggio, che la Gloria, che mi riſulta dal Publico atteſtato della divotiſſima oſſervanza verſo la Voſtra Regia Grandezza; la cui Auguſta Bontà, ſicome ſarà celebrata da queſto Libro anche doppo la mia morte, così viverà fina nelle ceneri del mio ſepolcbro.

Cum ſuperioribus Annis ex eruditiſſimis Scrutatoribus Amicis Vir Clariſſimus Pariſinus me conſuluiſſet de Patavinis rebus, poſtulaſſetque ut illi quæ memoratu digna in hac Diœceſi, præſertim verò de Epiſcopis FAMILIÆ CORNELIORUM exponerem; his reſpondi, quæ hìc eruditorum Notitiæ proponuntur:

PATAVIUM Italiæ antiquiſſima Civitas, Agri cognominis Caput olim ab Henetis, & Paphlagonibus cum Antenore Trojâ profectis condita, non longè ab Euganeis Collibus ad Medoacum Fluvium, quo variè irrigatur ſub Ditione Venetæ Reipublicæ. Eſt ampla, & munita, ſed non ad inſtar amplitudinis ſuæ culta. Ejus ambitus poſt recentiores Venetorum munitiones, erectas Annos 1513. contra Fœderatos Europæ Principes in Rempublicam, dicitur eſſe ſex milliarium, paſſuum verò 200. Circuitus verò integer trans Foſſas milliarium ſeptem, & amplius. Continet Focularia circiter .... Animas verò 337030. At Diœceſis habet Animas 260206. Eſt in eâ Academia totâ Europâ celeberrima, quam primò Carolus Magnus erexit; reſtituit verò, auxitque Fridericus II. Anno Chriſti 1212. At Urbanus IV. Pontifex confirmavit. Hanc habere Collegia ſexdecim, ubi ſtudioſi Pauperes certo ſtipendio aluntur, te docuimus libro Inſcriptionum Urbis Patavinæ fol. 527. *& ſequentibus uſque ad Fol. 530. Præter literariam Academiam eſt etiam alia Nobilium Patavinorum inſtituta à Venetis, in qua eſt Equeſtre Gymnaſium, & diſciplina*

Urbs A.M. 4018 poſt excidium Trojæ 3. ante Romã cõditã 430 ante Chriſti ortum 1182. ab Antenore condita

Vid. Inſcr. Agri Pat. fol. 1. & Urb. fol. 1.

Matheſeos pro Equitibus, vide Inſcriptiones noſtras Urbis Patavinæ fol. 545. *Cathedralis Eccleſia eſt ſub Invocatione Beatæ Mariæ Aſſumptæ, ſuffraganea Patriarchæ Aquilejenſi ſtructuræ antiquæ, quam tamen Recentiorum Pietas ad ſæculi munificentiam novis Ædificiis, & ornamentis, ingenti ſumptu revocat. Sunt in ea Archipresbyter, Archidiaconus Theſaurarius, Decanus, & Primicerius, XXII. Canonici, quorum cenſus ad Ducatorum milia ducenta aſcendit, Manſionarii VI. curam Animarum habentes, VI. itidem Cuſtodes, ad Officia Divina, Cappellani XLVI. Clerici XXXIV. Prodiere ex hoc inſigni Capitulo, Viri ſpectatiſſimi, qui meritis, ornamentis ac præcipuis Dignitatibus, ſummiſque muneribus geſtis illud maximoperè illuſtrarunt, præcipuorum Imagines ad vivum in majori Canonicorum Sacrario hoc ordine ſpectantur*

Bernardus Maltraverſus Archidiaconus Patavinus, deindè Epiſcopus Patavinus Anno D. 1149.

Petrus Tergola Archidiaconus Patavinus, deindè Epiſcopus Patavinus Anno D. 1100.

Petrus Foſcari Epiſcopus Tarviſinus Canonicus Patav. 1181.

Prencivalis de Comitibus Cano: deinde Epiſcopus Patavinus Anno D. 1281.

Stephanus de Carraria Epiſcopus Patavinus, Canonicus Patavinus Anno D. 1392.

Franciſcus Zabarella S. R. E. Cardinalis Archiepiſcopus Florentinus, Archipresbyter Patav. Anno D. 1401.

Eugenius Papa IV. Condulmerius Venetus Canonicus Patavinus Anno D. 1429.

Paulus II. Barbo Pontifex Maximus Canonicus Patavinus Anno D. 1450.

Petrus Bembo S. R. E. Cardinalis Canonicus Patav. Anno D. 1497.

Dominicus Grimanus S. R. E. Cardinalis Canonicus Patavinus Anno D. 1497.

Sanctus Venerius Archiepiſcopus Corcyrenſis Canonicus Patavinus Anno D. 1497.

Joannes Baptiſta Zeno S. R. E. Cardinalis, Epiſcopus Vicen-

Vicentinus, Canonicus Patavinus Anno D. 1497.

Ludovicus Podocatarus Cyprius S. R. E. Cardinalis Canonicus Pat. Anno D. 1501.

Joannes Baptiſta Ferrarius S. R. E. Cardinalis Datarius Epiſcopus Mutinenſis Canonicus Pat. Anno D. 1502.

Franciſcus Argentinus S. R. E. Cardinalis, Canonicus Patavinus Anno D. 1504.

Camillus de Rubeis Epiſcopus Tarviſinus, Archidiaconus Patavinus Anno D. 1525.

Petrus Barbadicus Epiſcopus Curzolenſis, Canonicus Patavinus Anno D. 1539.

Auguſtinus Gradonicus Patriarcha Aquilejæ Canonicus Patavinus Anno D. 1592.

Georgius Cornelius Epiſcopus Tarviſinus, Canonicus Patavinus Anno D. 1542.

Marinus Georgius Epiſcopus Brixiæ Canonicus Patavinus Anno D. 1583.

Joannes Delfinus Epiſcopus Bellunenſis Canonicus Patavinus Anno D. 1616.

Ubertinus Papafava Epiſcopus Adriæ Canonicus Patavinus Anno D. 1606.

Leonardus Bondumerius Archiepiſcopus Spalatrenſis Canonicus Patavinus Anno D. 1637.

Marcus Antonius Martinengus Epiſcopus Torcellanus Canonicus Patavinus Anno D. 1627.

Milanus Bentius Epiſcopus Cydonienſis Canonicus Patavinus Anno D. 1632.

Joannes Franciſcus Maurocenus Patriarca Venetiarum Canonicus Patav. Anno D. 1630.

Albertinus Bariſonus Epiſcopus Cenetenſis Canonicus, & Archipresbyter Patavinus Anno D. 1612.

Alexander VIII. Otthobonus Venetus P. M. Canonicus Patavinus Anno D. 1651.

Hieronymus Priolus S. R. Rotæ Auditor Archidiaconus Patavinus Anno D. 16.....

Gregorius Barbadicus S. R. E. Cardinalis Epiſcopus Patavinus Canonicus Patavinus Anno D. 1656.

Joſeph Civranus Epiſcopus Vicentinus Canonicus Pata-

tavi-

tavinus Anno D. 1657.

Marinus Joannes Georgius Epiſcopus Brixiæ Canonicus Patavinus Anno D. 1660.

Marcus Marchianus Epiſcopus Feltrienſis Canonicus Patavinus A.D. 1640.

Bernardus Corneanus Venetus Epiſcopus Polenſis Canonicus Patavinus A. D. 1654.

Petrus Leonius Venetus Epiſcopus Veronenſis Canonicus Patavinus A. D. 1664.

Antonius Paulutius S. R. Rotæ Auditor Canonicus Patavinus Anno D. 1670.

Marcus Antonius Barbadicus S. R. E. Cardinalis Archiepiſcopus Corcyrenſis Canonicus Patavinus Anno D. 1670.

Joannes Baptiſta Rubinus S. R. E. Cardinalis Epiſcopus Vicentinus Canonicus Patavinus A. D. 1673.

Joannes S. R. E. Cardinalis Baduarius Patriarcha Venetus, & Epiſcopus Brixienſis Canonicus Patavinus Anno D. 1681.

Petrus Antonius Delphinus Epiſcopus Juſtinopolitanus Archipresbyter Patavinus Anno D. 1671.

Paulus Valareſſo Epiſcopus Concordienſis Canonicus Coadiutor Par. Anno D. 1685

Sergius Polla Epiſcopus Famaguſtanus Canonicus Pat. Anno D. 1693

Auguſtus Zacco Archiepiſcopus Corcyrenſis Canonicus Par. Anno D. 1689.

Petrus Barbadicus Patriarcha Venetiarum Canonicus Parav. 1694

Franciſcus Petrarca Florentinus Poeta Laureatus: Canonicus Pat. Anno D. 1340.

Ejus Imago hodiè tranſlata eſt ad Bibliothecam Capituli.

His Bibliothecam ſuam Republicæ Venetæ donavit die IV. Sept. 1362 Dum Venetiis in Domo apud Monaſterium Sancti Sepulchri, ſibi publico Decreto per vitam conceſſa, morabatur. Dumque pro Mediolanéſibus Ducibus Oratoris munus apud Senatu Venetum obiret. *Vide Inſcript. Urb. pag.* 315. *n* 107. *&* *Agri pag.* 53. 155.

His adderem Simonem Paltenetium de Monte Silice cujus meminit liber Chronici Monachi Paduani pag. 34. *anno* 1261. *ubi agens de promotione Cardinalium habita ab Urbano IV. hæc ſcribit:*

De

De quorum numero divina providentia faciente, extitit benigniſſimus Dominus Simeon Paltenerius de Monte Silice Canonicus Paduanus, quem tam formæ corporis, quam nobilitate generis, & gratioſis moribus, & multiplici ſcientia divina gratia decoravit.

Civitas ipſa habet Parochiales Eccleſias XXVIII. quarum ſeptem ad Moniales pertinent, una ad Regulares. Eccleſiæ Monialium ſunt XXV. quas inter ſeptem ſunt Parochiales. Regularium XXV. quarum quinque ſunt Abbatiæ, quatuor verò jamdudum ſuppreſſæ ſunt. Præterea ſunt Eccleſiæ Sodalitatum ſpiritualium quidam XXI. Temporalium verò V. Prioratum denique & Oratoriorum VIII. quibus adde Fœminarum congregatarum V. olim habebantur Hoſpitalia XVI. nunc ea ad VII. redacta ſunt, cætera dirutæ, commendata ſunt, & in Beneficiorum ſimplicium ordinem redacta. Extra Civitatem in ipſa Diœceſi ſunt Parochiæ CCCXXIV. in Vicarias XLVI. diſtinctæ. Has Foraneas vocant. Habent Parochiæ multa clericatus, ſeu ſimplicia Beneficia, quæ numerum LX. explent. Ex his in Agro Patavino (qui diſtinguitur in 431. Villas ſeu Communitates ſubjectas VII. Oppidis, quæ municipia Scardeonius appellat, reguntúrque à ſeptem Nobilibus Venetis Titulo prætorio, & ſex Oppidula, quibus præſunt VI. Nobiles Patavini, quos Concilium Civitatis eligit titulo Vicariorum, præter XL. alia loca vicina Civitati, intrà terminos Anno 1286. à Republicâ Patavina poſitos, nuncupantur.) Erant olim Collegiatæ XII. nempè Curtis cum Archipresbytero Archidiacono, & IV. Canonicis, Conſilvarum cum Canonicis VI. Tribanum habens Canonicos VI. Sancti Fidentii de Meltadino habens Canonicos VI. Merlara Canonicorum IV. Caſale Scodoſiæ itidem IV. Pernumia V. Urbana Canonicorum IV. Præpoſitura Sancti Matthæi in Vanzo à Simeone Cardinali Paltenerio erecta cum Canonicatibus IV. His extinctis, redactiſque Canonicatibus in ordinem Beneficiorum ſimplicium, ſuperſunt IV. tantum Collegiatæ, nimirùm Plebs Sacci, Oppidum Prætorium Comitatus Epiſcopi, habet Archipresbyterum, & Archidiaconum, & Canonicos VII. Cœnobia Regularium II. Monialium totidem. Montis

ſilicis

ſilicis, *Oppidum Prætorium*, *habet Archipresbyterum*, *Canonicos IV. cum Manſionariis*, *Cœnobia VI. inter quæ Cœnobium Lipſidæ extra Oppidum*, *& ſuppreſſum aliud. Cœnobium unum Monialium Tertii Ordinis Sancti Dominici. Ateſte*, *oppidum Prætorium*, *habet Archipresbyterum*, *Canonicos V. cum Manſionariis*, *Cœnobia VI. interqua ſuppreſſa II. & I. Monialium. Montanana*, *Oppidum Prætorium habet Archipresbyterum*, *Canonicos VI. Tria Regularium Cœnobia*, *& I. Monialium. His adde Caſtrum Agna*, *habens Canonicos II. qui redacti nunc ſunt ad Beneficiorum Curatorum Ordinem. Extra Agrum Patavinum habet Diœceſis Patavina in Agro Vicentino Eccleſias Parochiales LVI. cum Eremo Camaldulenſium in Vico Centrali*, *& Sancti Marci de Montegalda Tertii Ordinis Sancti Franciſci. Item Maroſticam*, *Oppidum Prætorium*, *cum III. Regularium Cœnobiis*, *quorum I. ſuppreſſum eſt*, *& I. Monialium. In Agro Tarviſino habet Eccleſias Parochiales XVII. cum Cœnobio Capuccinorum in Valle bladina. In Agro Feltrenſi Eccleſias V. & I. circa fines Cæſareæ Ditionis. E contra in Agro ipſo Patavino pertinet ad Epiſcopum Vicentinum Cittadella*, *Caſtrum Prætorium*, *habens Archipresbyterum cum VII. Canonicatibus*, *& XI. Clericatus. (ſcribit Portenarius) quæ tamen Eccleſia non eſt Collegiata*, *habet Parochiales XXXI. ſub ejus Ditione*, *quarum XI. ſubjacent Patavino: Cœnobia IV. Regularium*, *quorum I. ſuppreſſum eſt*, *& Cœnobium Monialium I. Item ad Epiſcopum Tarviſinum pertinet Oppidum Prætorium Campi Sancti Petri*, *habens I. Cœnobium Regularium*, *& Eccleſias Parochiales XXVIII. ſub ejus ditione*, *quarum XXI. ſubjacent Patavino. Oriacum*, *Vicaria*, *cum IX. Parochialibus ſub ejus ditione*, *quarum VI. ſubjacent Patavino*, *I. Regularium. Miranum*, *itidem Vicaria*, *cum Fratalea*, *Hoſpitali*, *& Parochialibus X. III. ex quibus X. ſubjacent Patavino. Habet Diœceſis Patavina in Agro ſuo celebres Abbatias*, *ac divites*, *hoc eſt*, *Abbatiam (vulgò) de Bagnoli*, *Congregationis Clericorum Regularium Sancti Spiritus Venetiarum. Cæterum*, *Monachorum Camaldulenſium*, *quarum illa ab Innocentio X. hæc ab*

Alc-

Google

Alexandro VIII. ſuppreſſa eſt. Prataleæ, Monachorum Caſſinenſium, Candianam, & Sancti Danielis in Monte Canonicorum Regularium Sancti Salvatoris. Vendom, in cacumine Montis, Monachorum Montis Oliveti, & Ripertam eorundem. Abbatias verò commendatas habet has, Sancti Stephani Carrariæ, Sanctæ Crucis, Cervareſii. Montis Crucum, Sanctæ Mariæ de Sacco longo. Sancti Petri, vel Sanctæ Euphemiæ (vulgò l'Abbadia) & Sancti Andreæ Curtaroduli. Cœnobia Regularium in Agro Patavino ſunt Carthuſia, Rua, Chamaldulenſium Eremus, Mons Ortonus Eremitarum Sancti Auguſtini, Ulmus, & Sanctæ Mariæ (vulgò del Zecco) eorundem, Sancti Franciſci Bubulentæ, & Curtaroduli Minorum Conventualium, Annunciata in Vico Noventæ Tertiariorum Sancti Franciſci, Sanctæ Urſulæ Minorum de Obſervantia, & Sancti Petri Viminarii Minorum Reformatorum. Erant in eodem Agro XXVIII. Hoſpitalia, quorum multa ſuperſunt, multa ſunt diruta, ac redacta in ordinem Beneficiorum ſimplicium. Diruta etiam ſunt Cœnobia Regularium V. Monialium XIII. cùm Maximilianus Imperator 80. militum millibus Patavium obſedit Anno M. D XIII.

In ipſa Urbe celeberrima ſunt duo Templa, quorum alterum Divo Antonio ſacrum eſt, ubi & Corpus ejus magna totius Europæ frequentia colitur; alterum Divæ Juſtinæ Virginis, & Martyris mole, & ornamentis, & Abbatia Monachorum Caſſinenſium inſigne, ubi ſervatur, præter Corpus Sanctæ Juſtinæ, Sanctorum Innocentium, & aliorum Martyrum Oſſa, Corpus Sancti Proſdocimi, Primi Epiſcopi Patavini, Sancti Matthiæ, & Sancti Lucæ Evangeliſtæ. Quibus addi poteſt antiquum, ac inſignis ſtructuræ Templum Sancti Auguſtini Patrum Ordinis Prædicatorum, Domus Epiſcopalis ampla eſt, nobilis, ac Regia, quippeque Cæſaris Henrici IV. Romanorum, atque Italiæ Regis, ejuſque Uxoris Berthæ olim habitatio fuit. Etenim viſuntur adhuc inſignia marmorea ſub eorum Immaginibus, tum in Arcu Portæ Occidentalis, tum in proſpectu ejuſdem Domus, ſublimi loco; cum hac epigraphe Longobardis literis:

Iacent in hoc Tēplo Principū Carrarienſium, & Marieta, Jacobi Cypri Regis, Matris Corpora.

C BER-

BERTHA REGINA HENRICUS IV. REX.
JACOBUS ZENO PAT. PONTIFEX.
Anno Sal. M. CCCCLXXVII.

In Eccleſia verò cernitur Sepulcbrum Berthæ cum ejus, & Mariti effigie cum hoc Epitaphio:

Præſulis, ac Cleri præſenti prædia Phano,
Donavit Regina jacens hoc marmore Berta,
Henrici Regis Patavi celeberrima Quarti,
Conjux, tam grandi dono memoranda per ævum.

Deinde Paganus Turrianus Mediolanenſis Epiſcopus Patavinus eam Anno 1399. in meliorem formam redegit Epiſcopi Veneti eam ampliarunt, additis pluribus magnificis Appendicibus Cubiculorum, præſertimque Aulis duabus, quarum ſuperior planè Regia eſt, eam Petrus Barocius Epiſcopus extruxit, & pictis ad vivum Epiſcoporum Immagines ornavit. Eas Picturas Anno 1578. Federicus Cardinalis Cornelius Epiſcopus reſtauravit addito nomine, & cognomine, & Patria ſingulorum. Legitur ſuper una ex Orientalibus Feneſtris hæc inſcriptio.

Antiquas Veterum Epiſcoporum Immagines injuria Temporis labefactatas, ne, quorum animi divina Effigie virtus Æternitati conſecraſſet, eorum puta Corporis Simulachra Poſteri deſiderarent; Federicus Cornelius Epiſcopus Patavinus, non tam illorum Gloriæ cultor, quam virtutis admirator inſtaurandas curavit, Anno M. DLXXVIII.

Ab hac non longè

Eccleſiæ Patavinæ Faſtos ſacras Pontificum Effigies vetuſtate non ſemel victas Federicus Cardinalis Cornelius reſtituit, Eaſdem ſitu corruptas, atque evaneſcentes Georgius Cornelius Patrui magni virtutum, ac Gloriæ Æmulator, ut Antiſtitum Populus Atrium majeſtate ſua dignum incoleret abſterſo ſqualore in priſtinum nitorem redigi curavit Anno M. D C. LIV.

Habet

Habet prætereà Epiſcopus Patavinus nobile, ac magnificum Palatium Fontibus irriguum, & viridarus ſpectabile in Oppido Luvigiano, quod Livianum dicitur, quia Titi Livii Prædium fuit. Eas Ædes extruxit Jacobus Zeno Epiſcopus, ampliavit Franciſcus Piſanus, (Avunculus Georgii Cornelii Epiſcopi Tarviſini) cui ſucceſſit Aloyſius Nepos, uterque Cardinalis, & Epiſcopus Patavinus; Nec non Federicus Cornelius Epiſcopus Patavinus, quorum Inſignia in fronte Palatii ſpectantur.; E' ditioribus Italiæ Epiſcopatibus eſt; Ejus Fructus taxantur in viginuiduo millibus Ducatorum Venetorum. His ab opes contulit liberalitas Henrici IV. & Imperatricis Berthæ, quæ Uxor erat Henrici. Cumulavere eundem Epiſcopatum Privilegiis eximiis, Beneficiis, & honoribus Imperatores plurimi. Carolus Magnus Anno 781. ipſam Urbem Patavinam Epiſcopis donavit. Otho I. Anno 943. confirmavit Gauslino Epiſcopo Plebes omnes, Abbatias, Hoſpitalia, Curtes, Servos, & Ancillas, quas Berengarius II. Et Ugo Reges Italiæ conceſſerant Eccleſiæ Beatæ Virginis, & Sanctæ Juſtinæ, quæ tunc Cathedralis erat, & Sedes Epiſcoporum. Idem Imperator conceſſit eidem Gauslino, & Succeſſoribus facultatem ædificandi Caſtella, Turres, & Propugnacula erigendi Molendina, derivandarumque Aquarum publicarum in prædio Eccleſiæ. Henricus III. Anno 1049. Bernardo Maltraverſo, & Succeſſoribus cudendæ Monetæ poteſtatem fecit. Henricus IV. Anno 1081. Miloni Epiſcopo, & Succeſſoribus donavit Oppidum Plebis Sacci, Comiteſque eos edixit, quo titulo nunc etiam cenſentur. Erant etiam Domini Caſtri Pendicis, uti diximus in Inſcript. Agri Patav. pag. 185.

Electio Epiſcopi ſpectabat olim ad Clerum, mox jus illud ſibi aſſeruere Imperatores, à quibus illud vindicavit Gregorius VII. tranſtulitque ad Canonicos Cathedralis, Abbatem Sanctæ Juſtinæ, Præpoſitos Sanctæ Sophiæ, & Sancti Andreæ, & ad Primicerium Parocorum Civitatis: Nunc Summus Pontifex tantùm eligit.

Seminarium Clericorum inſtitutum eſt juxtà Decreta Sacri

Concilii Tridentini à Nicolao Ormaneto Epiſcopo Anno 1571. Aliquandiù ſtetit inconductitiis domibus, & denique Federicus Cornelius Epiſcopus curavit, ut perpetuò illi adderentur Ædes, quæ ſunt apud Epiſcopatum veterem. Earum Ædium in Janua majore habetur hæc inſcriptio.

Federicus Cornelius Eccleſiæ Patavinæ Epiſcopus non minori Pietatis, quam Munificentiæ ſtudio, Chriſtianæ diſciplinæ Seminarium penè à Fundamentis extruendum curavit Anno M. D LXXIX.

Hac tempeſtate tranſlatum eſt ad Cœnobium Sanctæ Mariæ in Vanzo, quod olim pertinuit ad Patres Congregationis Sancti Laurentii Juſtiniani; Illud ſuppreſſum emit Cardinalis Barbadicus Sanctæ memoriæ, auxitque Alumnis Clericis, ditavit cenſibus, inſtruxit Præceptoribus omnium Scientiarum, ac Linguarum; Etenim Seminarium Patavinum frequens eſt 159. Alumnis. Sunt ibi Præceptores Grammaticæ, Rhetoricæ, Philoſophiæ, Theologiæ utriuſque, Scolaſticæ ſcilicet ac Moralis, Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ, Juris utriuſque, Matheſeos, ac Scripturarum, Linguarum etiam præter Latinam, Græcæ, Hebraicæ, Chaldeæ, Arabicæ, Syriacæ. His ſuper inſtruitur celeberrima Typographia, ex caracteribus laudatarum proximè Linguarum, eſtque inſuper & Armena, & Illyrica inſtructiſſima. Ex hac prodiere hactenus multa, ſed apta potiùs utilitati Gymnaſiorum ejuſdem Seminarii, quam celebranda apud exteros eadem Typographia, prodiit, tum refutatio Alcorani, opus jam editum maximèque tum re, tum copia exoticorum Characterum memorabile. Excepit etiam Literatorum Reſpublica Summam Divi Thomæ in Tomos V. diviſam cum Commentariis Cardinalis Cajetani, & Venerabilis Seraphini à Porretta, aliiſque Recentioribus natis, quas probandas, excipiendaſque cum plauſu à Sapientibus nemo dubitat, atque adeò uſui futuras operis ipſi.

Appendix Seminarii Patavini eſt Collegium Treſis, ab eodem Cardinali Barbadico erectum, frequens LXVI. convictoribus, habet Gymnaſia quatuor, duo Gramaticæ, unum Literaturæ humanioris, quartum Rhetoricæ, exercenturque Adoleſcentes

ſcentes ad equeſtria munera, Gladii, Choreæ, Haſtæ, aliorumque. Hæc Loca obitu Auctoris mœſta ad priſtinam lætitiam, & Gloriam reſloreſcunt ſub Auſpiciis Eminentiſſimi Georgii Cardinalis Cornelii, qui curâ, ſollicitudine, ac induſtria regiæ magnanimitatis his Legem, Animum, motum ſufficit.

Scilicet hic Genius hæc animi conditio fuit ſemper in iſtâ Sereniſſimâ, ac Regali Familiâ, ut quam maximè ſacrorum decori, & incremento inſerviret; quippè quæ numeroſâ Antiſtitum Inſulâ purpureoque Galero ſemper emicat magnorum Prælatorum fœcundiſſima parens; quorum plurimi hanc Patavinam Eccleſiam ſplendore natalium, virtutum laude, & munificentiâ mirè amplificaverunt.

Nam ALEXANDER VI. Anno Chriſti M.D.VIII. Kal. Oct. Marcum Cornelium ex Prothonotario Apoſtolico Diaconum Cardinalem renunciavit. fuitque is mox Presbyter etiam Cardinalis S. Marci, & Epiſcopus Albanus ac Praneſtinus. Obiit Venetiis Anno M.D XXIV.

FRANCISCUS Cornelius Venetus S. R. E. Tit. S. Pancratii Presb. Card. à Clemente VII. creatus, poſteaquam Titulos Sanctæ Praxedis, Sanctæ Ceciliæ, & Epiſcopum Praneſtinum adeptus eſt, Brixianæ Eccleſiæ præviùs adminiſtrator fit, & maximo cum honore recipitur, 9. Kal. Junii 1532. Diem obiit Venetiis 5. Kal. Oct. 1545. & in S. Salvatoris ſepultus. Volunt alii Archipresbyterum S. Petri fuiſſe; obiiſſeque Viterbii Ann. *M DLIII.* menſe Sept. Fuit etiam Epiſc. Veronen. mox Pat. Deinde Patriarcha Conſtant. & Legatus Viterbii, ex Archipresbyteratu D. Petri translatus ad Archidiaconatum, ratò eſt functus honore coronandi Clementem VII. Ejus Corpus ab Eccleſia S. Georgii Majoris translatum ad Templum S. Salvatoris ſumptuoſo ſepulchro tegitur ibidem. *Ex Act. Cancell. Brix.*

Sub PAULO III. Anno M.DXXXVIII. ex ceſſione Cardinalis Piſani Avunculi electus eſt Epiſcopus Tarviſinus Georgius Cornelius; eademque Eccleſiam per Annos XL. ſanctiſſimè adminiſtravit: interfuitque Concilio Tridentino, cujus Decreta detulit Tarviſium M.DLXXVII. Abdicavit ſe Inſula, quam ceſſit Franciſco Nepoti, ſuperſuitque ceſſioni Annos II.

Legitur

Legitur Tarviſii penes Aram magnam Templi Cathedralis altius in Columna ex Anaglypho.

GEORGIUS CORNELIUS Pont. Tarv. genere, virtute, honore inſignis, in humili ante Aram ſepulchro, ejus Cineres condi juſſit Anno M.D.

Hinc illic, in Epiſcopio ad fores ex marmore

GEORGIUS CORNELIUS Epiſc. Tarv.

Ex Act. Conſiſt. I. vix. *ANDREAS Cornelius Franciſci ex Fratre Nepos primum Cameræ Apoſtolicæ Clericus, mox à Paulo III. Tit. S. Theodori Diac. Card. Anno 1544. Archiepiſcopus etiam Spalatenſis, & Viterbii Legatus Apoſtolicus mortuus Venetiis M.D.L. ſepultus in tumulo Patrui.* Scribunt alii eum Romæ obiiſſe Kalend. Februar. Anno M.D.L.I. ſepultumque ad Sanctum Auguſtinum.

JULIUS III. Anno M.DLI. die 18. Febr. Aloyſium Cornelium Equitem Hieroſolymitanum, & Priorem Cypri, Archiepiſcopum Jadrenſem Cardinalem renunciavit Diaconum S. Theodori. Fuit is Presbyter S. Marci, & Eccleſiæ Bergomenſis, ac Tranenſis Adminiſtrator, ac S.R.E. Camerarius. Obiitque Romæ Anno M.DLVIII.

Romæ in Eccleſia olim Patrum Cruciſ. in Templi Medio.

D.O.M. Aloyſio Cornelio Titulo S. Marci Presb. Card. S.R.E. Camerario. Vixit Annos 67. Menſ. 11. dies 7. Obiit 6. Idus Maii 1558.

SIXTUS V. Anno M.DLXXXV. 18. Decemb. Federicum Cornelium ex ceſſione Aloyſii Fratris Cardinalis, Priorem Cypri, Cardinalem dixit. Fuit Epiſcopus Traguriensis, ac Bergomenſis, deinque Epiſcopus Patavinus. Obiit Romæ Conclavis tempore, quo Gregorius XIV. creatus fuit Anno M.D.XC. & in Eccleſia S. Sylveſtri ſepultus.

Fuit is ſub Pio IV ad Tridentinũ Synodi conventũ miſſus.

Viſitur ibi ad Januæ latus levum ſub effigie lapidea hæc rara inſcriptio:

GREGORIUS XIV. Pont. Max. FEDERICO CORnelio Sanctæ Romanæ E. Presbyter. Card. Epiſc. Patav. conjunctiſſimæ amicitiæ monumentum poſuit. Anno M.D.XCI.

Pata-

Patavii verò ſubtus Chorum in Delubro S. Danielis Cathedralis Patavinæ in lydio lapide literis æneis.

FEDERICO CORNELIO S.R.E. Cardinali Epiſcopo Patav. advectis Roma Oſſibus Hæred. ex Teſtam. Patr. Vixit Anno LVIII M. 3. Die 21. Obiit M.DXCIV. Non. Octob.

Huic in Patavina Sede ſucceſſit Aloyſius Cornelius ejus Coadjutor, jam inde ab Anno M.DLXXXVI electus; Ejus Nepos ex Marco Antonio Fratre. Obiit 5. Idus Maii. Anno M.DLXXXIV.

Legitur in Delubro S. Danielis propè Sepulchrum Federici in alia Tabula lydii lapidis literis aureis.

ALOYSIO CORNELIO FEDERICI CARD. Patrui in Epiſcopatu Patav. Succeſſori Fratres ex Teſtam. P. C. Vixit Anno XXXVI. Menſ. 8. Die 22. Obiit XIII. Kal. Novem. M. DXCIV.

Extincto Aloyſio ſuffectus eſt Anno 1594. Marcus Cornelius Epiſcopus Patavinus die 12. Novemb.

Legitur in eodem Delubro S. Danielis propè gradus Aræ Sanctæ Crucis in Marmore Sepulchro

OSSA Marci Cornelii Epiſcopi Pat. Perpetua veneratione colendi dolentes Canonici, ignoto Cippo diutiùs jacuiſſe, hoc decentiori Sepulchro, lætis nunc animis donant, Anno ab ejus obitu CCI. à Chriſti ortu 1676. Grati ergà Præſulem, qui ſanctè rexit Eccleſiam, qui Capitulum ſincerè amavit.

CLEMENS VIII. Anno 1596. Sacrâ Purpurâ donavit Franciſcum Cornelium; Fuit is Epiſcopus Taranſium, cui Eccleſiæ renuncians lectus eſt à Sixto V. Clericus Apoſtolicæ Cameræ, quo ex ordine ad Purpuram aſcendit. Vir Juris Peritiſſimus. Obiit Anno M. DXCVIII.

Legitur in Eccleſia S. Silveſtri Romæ, ubi jacet in Marmoreo Tumulo.

D. O. M. Franciſco Cornelio Presb Cardin. à Clemen. VIII. Pont. Maxim. ad Purpuræ dignitatem promoto, in meditatione Ferrarienſis itineris importunè prærepto

ILDE-

Huic contigit honor recipiendi Henricũ III. Poloniæ Regẽ, cũ Venetiis redibat in Galliam.

FEDERICUS S.R.E. Card. & Marcus Antonius Abbas, Sancti Marci Primicereus Jo: Principis Venet. Frat. optimo Pattuo poſuere, obiit XVIII. Kal. Majas, Ætat. Anno II. Salut. 1598.

Tarviſii quoque ad D. Stephani altiùs ſuprà Januam.

FRANCISCO CORNELIO Pont. Tarviſ. de Eccleſ. benemerente.

Supra Clericorum Seminarii Fores.

Chriſtianæ Religionis Seminarium, hoc piis ſemper ſtudiis protexit, & auxit FRANCISCUS CORNELIUS Epiſcop. Tarv. inq. illius uſum, & commodum has ædes emendas, & reſtaurandas curavit Anno 1583.

In Majori quoque Templo in Marmore.

FRANCISCO CORNELIO Patr. Venet. S.R.E. Card. Ampliſſim. de Tarv. Diœceſæ ab illo, velut à GEORGIO Patruo ſuis recta, atque adjuta longè opt. mer. Canon. Collegium; tota Presb. Familia, univerſa denique Civitas, animi lugere, religioſiùs erexere An. Sal. noſtræ M. DXCVIII.

URBANUS VIII. Anno 1626. Federicum Cornelium Franciſci Cardinalis Fratrem Joannis Venetiarum Ducis Filium Cameræ Apoſtolicæ Clericum, & Epiſcopum Bergomenſem Cardinalem ~~decturum; Fuit deinde Epiſcopus Veronenſis~~, deinde Anno 1629. Epiſcopus Patavinus electus; eundem Anno 1630. Patriarcha Venetiarum. Obiit Romæ Anno 1647.

Legitur in Templo S. Mariæ de Victoria Patrum Excalceator.

In ſpecioſo Sanctæ Tereſiæ, quod is extruxit, & ornavit, additque lateralibus parietibus, ſimulachra octo Marmorea referentia Joannem Ducem Venet. Patrem ſuum, ſeque, & ſex alios ſuæ Familiæ Cardinales.

FEDERICUS S.R.E. Card. Cornelius Joann. Venet. Ducis F. à Clemente VIII. inter Apoſtol. Cameræ Clericos adlectus à Gregor. XV. Bergomatum Infulæ ab Urbano VIII. Romanæ Purpuræ admotus, mox Vicent. Antiſtes, tum Patriarcha Venetus creatus, cum poſtremum hoc munus aliena voluntate ſuſceptum, ſua depoſuiſſet, deponendis quoque Corporis memorata D. Thereſia immortalem Aram ſibi ante Aram tumulum mortalitatis

ſua

ſuæ cuſtodem poſuit, atque in partem obſequii erga Virginem Excalceatorum Matrem vocans cum Parente ſex aliis ex Cornelia Gente Cardinalibus inducens pro exuviis corporum ſpirantia vultuum ſimulacra, providit vivens, quomodo extinctus obſequium æternaret. Anno ſal. 1651. ætatis ſuæ 68.

FEDERICO ſucceſſit Marcus Antonius ejus Frater, is ex Abbate commendatario, Venetiarum Primicerio in hunc Epiſcopatum Fratri ſucceſſit Anno 1632. Menſ. Sept. dieque Sancti Andreæ Sacro ejuſdem Anni inauguratus fuit ab Antonio Barbarino Cardinali S. Onuphrii in Sixti Sacello in Vaticano. Obiit Anno 1636. 27. April. ſepultus in Eremo Ruæ in Sacello ſuorum. Legitur in Majori Sacrario Canonicorum ſub ejus Immagine.

M. Antonio Cornelio Epiſc. Patav. origine Principibus æquali, manſuetudine morum privatis ſimili; Canonici Patavini ſuavitate conſuetudine adſtricti, & ab eo hæredes inſtituti, hiſce eximiis Picturis ornatis, Domino beneficentiſſimo PP. M. DCXXXVI.

Item in Eccleſia S. Matthæi Aſilyaci

Ad Januam à parte dextera introeuntibus, in Marmore parieti fixo. Die VIII. Auguſti M. D C XXXIII.

Illuſtriſſimus, & Reverendiſſimus D. D. Marcus Antonius Cornelius Epiſc. Patav. in actu Viſitationis decoravit hanc Eccleſiam Titolo Archipresbyterali ad L. D.

Anno porrò 1643. Georgius Cornelius, Franciſci Venetiarum Principis Filius, Nepos Federici II. Cardinalis, & Marci Antonii Epiſcop. Patavin. Pronepos; Magnus Cypri Prior, ex Referendario utriuſque Signaturæ, cum eſſet Auditor Rotæ, datus eſt Epiſcopus Patavinus ab Urbano VIII. Obiit 15. Novemb. 1663. ætat. ſuæ 5.. ſepultus in Eremo Ruæ in Sacello ſuæ Familiæ.

In eadem Eccleſia ad Lævam in Tabella Marmorea pulchris literis legitur Die Sabb. IV. Temp. XXI. Septemb. M. DC XLVII.

Illuſtriſſimus, & Reverendi. D. D. Georgius Cornelius Epiſc. Pat. hanc Eccleſiam viſitavit, & in eadem in Pontificalibus celebrans Ordinationes habuit, in quas plures ad Ordines tum Minores, tum Sacros ritè ad D. L. promovit.

Denique ab INNOCENTIO XII. *ſucceſſor Cardinalis Gregorii Barbadici electus eſt Anno* 1697. *in Epiſcopum Patavinum Georgius Cornelius ultimi Georgii Nepos, Joannis Senatoris Frater, Pronepos Franciſci Principis, & Federici II. Cardinalis; Magnus Prior Cypri. Fuit is Prothonotarius Apoſtolicus, Præſidens Reverendæ Cameræ Commiſſarius pro Magiſtratu Sanitatis ad Oras Adriacas; Archiepiſcopus Rhodienſis & Sedis Apoſtolicæ Nuntius ad Regem Luſitaniæ; Quò ex Munere ab eodem Pontifice Cardinalis renunciatus eſt Anno* 1697. 22. *Julii, & Patavinâ mox Infulâ redimitus, quam augeat Majorum ſuorum, ſuiſque virtutibus diu ſoſpes, ac felix non ſibi tantum, ſed & ſubjectis, qui ejus, & amant munificentiam, & benignitatem clementiſſimam admirentur. Hæc ſunt, quæ ſtudioſæ curioſitati veſtræ conſulens undequaque collecta quivi proponere, quæ ut ſcribuntur peramice, deſcripta recipias, habeaſque, precor. Vale.*

A P.

Google

APPENDIX INSCRIPTIONUM

URBIS PATAVINÆ.

IN TEMPLO MAXIMO

Extra Capellam Santiſſimi Sacramenti ad Meridiem altiùs à terra in marmorea Tabella magnis, & pulchris literis

1 M. DCXCIII.
A Domino Factum
Mirabile in oculis noſtris
M. DCC.

In ipſo Templo extra Sacellum Sancti Georgii in eleganti Marmore parieti fixo

2 D. O. M.
Campolongo Campolongo
Hieronymi Filio Pat. Pat.
Viro inter integerrimos diſertiſſimo,
Quòd Capituli Jura
Nulla aut ſimultatis, aut gratiæ
ſuſpicione,
Sed inſtinctu ſolius æquitatis
in Foro, in Curia, pro Roſtris
Inſtruendo, inſtando, perorando
Pro virili ſua
Sarta tecta ſervaverit
Canonici ex grato Capituli Decreto
Anno D. M. DCCI.

Juxta Portam Meridionalem dum fundamenta pro erigenda Capella Santiſſimi Sacramenti jacerentur repertum eſt operculum Sepulchri marmorei cum hac inſcriptione, & inſignia cum Leone recto

3 Franciſco Pampino, Ar. & Dec. Doctori Archidiacono: Anno Salut. M. D. XV.

---

4 *Statim extrà gradus Majoris Aræ in rubro marmore.*

Sepulchrum hoc temporis vetuſtate obſoletum Familia Capiliſtea inſtauravit. Anno M. D CCIII. Idibus Maii.

Ab hoc non procul in parvo lapide.

5 Ad nihilum valet ultra, niſi ut conculcetur ab hominibus.

Jacet ſub hoc lapide Vincentius Boniſacius Epiſcopus Famaguſt. Rhodiginus Patritius, ac Tarviſinus, Patavii obiit die. . . . . ſuis virtutibus, & in primis pietate, ac humanitate ſingulari omnium ore laudatus, omnium lachrymis comploratus deceſſit. Emin. Card. Barbadici, & Cornelii ſuffraganeus ſumma cum laude ardwum munus geſſit. Emin. Card. Cornelius illum ſolemnibus exequiis efferendum, ac honeſtandum curavit, quanti eum faceret, hoc illuſtri pietatis argumento palam oſtendit.

In Albo lapide.

6 Stephani à Turre Oſſa Capel. Eccl. Cath. Pat. 1707.

In Capella D. Anton.

7 Venerabili Viro D. Nicolao de Viola honorabili Canonico Paduano, & ejus Matris, quæ obiit M.CCCCXXX. Die XXIV. Junii, & ſuorum Hæredum.

Saxum

Saxum Anno 1704. erutum dum Sacelli hujus ſundamenta jacerentur.

8

Q. BRÆTIUS
M. F. FAB.
SALIUS
TESTAMENTO
FIERI JUSSIT
SIBI, & SUIS.

Anno 1705. dum hujus Eccleſiæ Cathedralis Cœmeterium, ruinis omninò ſquallidum purgaretur, curâ ac diligentiâ eximii viri Co BARTHOLOMÆI SILVATICI Can. Pat. (cujus pietati incomparabili mirum eſt quantum debeat nova pars Templi magnifico opere extructa) in pariete Eccleſiæ, propè Baptiſterium detecta eſt arca lapidea cum hac inſcriptione.

9 Hic jacet D. Ant. D. VV. A. Abnerinis Canonicus Paduanus.

---

10 *In hoc eodem Cœmeterio extant ſex Tumuli quadris lapidibus deſignati, in uno ponitur Annus M. D LXIX. in quibus extremo ſupplitio damnati ſumantur.*

IN BIBLIOTHECA CAPITULI

Ad aſcenſum Scalarum ſub inſignibus Canonici Veri

11 Aſcenſiones in corde ſuo diſpoſuit.

In eadem Bibliotheca ſub picta Immagine Joſephi Perſici Patritii Bellunenſis Canonici Viri Clar.

12 Anno Salutis M. D C LXXXII.

Ætat. ſuæ LXXVI.

Perſicus ingenii qua dote fruatur, & oris,
Hac veri Vatis pagina ſculpta refert.

Ortus

Ortus Bellum Romanæ degit in Aula,
Unde tulit migrans Canonicale decus;
Nec procul à Muſis, quas ſemper caſtus amavit,
Se totum ſtudiis tradidit ille ſacris.
Sanctorum aggreſſus ſcrutari oracula Vatum
Perpetuo incubuit nocte, dieque vigil.
Sic novus interpres Bibliorum arcana recludens
Cuncta ſuis ſcriptis clara, & aperta facit.
Tot partus genuit, quot nos ſcripſiſſe libellos
Cernimus: en quantum Perſicus iſte ferax
Poſtulat in plateis quot quot ſunt eſſe locandos,
Sitque ſui tantùm Bibliotheca memor.
Canonici applaudunt, dum grates, votaque ſolvunt;
Longæva ut valeat proſperitate frui;
Annuus & nobis repetatur cantus Oloris
Ad centum Brumæ tempora ſolſtitii.
Anno Sal. M.DCLXXXVI. Ex CC.

Ibidem ſub alia Immagine Jo: Baptiſtæ Vero Viri eruditiſs.

13 Hanc Bibliothecam ipſa commendatam antiquitate JACOBUS ZENUS Epiſcopus Paravinus compluribus codicibus, & manuconſcriptis, & à primordio typographicæ ~~artis impreſſis conſertiſſimam ſibi~~ comparavit. Apoplexia extinctus, anno ſui regiminis vigeſimoprimo nulli reliquit inteſtatus. PETRUS FOSCARUS S.R.E. Cardinalis illius in ſede ſucceſſor eandem ob tumultuoſum funus diſtractam, direptamque, vigilanti ſolicitudine conquiſitam, ac redemptam hoc in loco, vinctamque catenulis adverſus furaces manus, exhibito Codicum Indice, collocavit; & ſuis hujus Patavinæ Eccleſiæ Canonicis dono dedit M.CCCCLXXXI. Anno ab obitu eruditiſſimi Præſulis Secundo clauſam multis ab hinc annis, & paucis cognitam propter oſtii vix agniti anguſtiam, atque aſcenſus difficultatem. JO. BAPTISTA VERUS Canonicus Pœnitent. Proton. Apoſt. Capitulari conſpiratione electus Bibliothecarius, adinvento loco

ad

ad ingreſſum commodo, aperuit; per laxiores gradus aſcenſionem diſpoſuit; fores dilatavit, extruxit ambulacrum, libros detractis ferreis vinculis liberos fecit, in pluteis parieti hærentibus, excuſſo pulvere, ſolidatis compagibus repoſuit; projectoque latiùs utrinque ſpatio ſedilia ſtatuit; omnia ab antiquo ſcholarum more in hodiernum traducta decentiùs reſtituit, illuſtravit, perpolivit, ſua cura, & impenſa, ejuſque cuſtodi legatis ad neceſſaria, Ducatis 12. M.DCLXXVIII.

IN TEMPLO D. ANTONII PP. MINORUM CONVENTUALIUM.

Propè Oſtium Clauſtri del Capuolo dicti.

1 H. S. E.
Sacræ Palladis Heros — *V. Inſcrip. Urb. pag. 350.*
Matthæus Ferchius
Veglienſis Ord. Min. Convent.
Patavinæ Univerſit. Metaphyſicus
ac Theologus Præclariſſimus.
Obiit VI. Id. Septembris.
M.DCLXIX.

In Ingreſſu novi Sanctuarii ad Divi Antonii, & Sanctorum reliquias reponendas

2 Sacræ hujus molis conſtruendæ
Decretum
Oblivioni, & difficultate jacens
ANGELUS DIEDO D.M. Procur.
exequi curavit
cujus beneficii memoriam
Ven. Arcæ Præſides
Senatori B.M. poſuere
Anno M.DCCV.

In

In interiori ejuſdem Sanctuarii parte in Sacelli veſtibulo.

3 OH LINGUA BENEDICTA, QUÆ DOMINUM SEMPER BENEDIXISTI, &c.

Prope Oſtium Sacriſtiæ.

4
Hic jacet
Felix Rotundi à Monte Leone
In Athenæo Patavino
Sact. Theolog. Prof.
Totius Ordinis Min. Sancti Franciſci
Conv. olim Miniſter
Generalis
Obiit VII. Id. Februarii
Anno M. DCCII.

FELICEM dixere Patres, fecere Lycea
Perfecere Artes, Munera, Fama, Labor.

---

5 *Inibi in pariete cum Effigie picta Lauro aurea redimita.*

Rever. P. M. Felici Rotundo Minor. Conv. animi, & ingenii dotibus eximio in Paripatetica, & Scotico Paleſtra præſtantiſſimo, Theologiam in via Doctoris Subtilis per Annos XXXVII. ingenti laude in hoc Archilyceo profeſſo primò Provinc. Terræ Sanctæ in Ordin. Patrum Socium, deinde omnium plauſu in totius Religionis Seraph. Min. Generalem electo Patavini Cœnobii Patruum gratitudinis, & Obſervantiæ teſtimonium

M. H. P.

Obiit Anno Rep. Sal. M. DCCII.
Ætatis verò ſuæ LXXII.

Inter Clauſtra Officii S. Inquiſitionis, & Capituli.

6
D. O. M.

Antonio Algiſi Nobili Bergomenſi hæreditaria Medicæ Facultatis conſpicuo in primo juventæ flore dum in ſpem Parentum, & Patriæ nec exiguam aſſurgit, nec dubiam; ſenilis mentis ſolidæque pietatis fructibus jam

Cœlis

Cœlis permaturo licet præmaturè Terris erepto, Joannes Baptiſta Pater Filio unico claram armis, & literis claudenti progeniem amoris, mœroriſque M. P.

Anno Domini M. DCCIII.

Ibi propè in quadrato lapide.

7 Hercules Tornerius Nob. Vicentinus adoleſcens erectæ indolis, acris judicii plenuſque humanitate Magni Hippocratis genii Lauream ſibi ſolidè pararam aſſiduo nimium, felicique Anatomes cultu libidine inſultans, hæc ipſum ultrix maligniori morbo remediis quibuslibet ſurdo, proh dolor! præproperè evulſit, abripuit. Matthæus Pater Medic. Phyſic. Filium effuſiſſimè diligens & nimium dolori indulgens æternum amoris monimentum poſuit. Anno à Partu Sal. M. DCCI. Idibus Martii.

---

8 *Extra in proſpectu Occidentali Templi, ante ingreſſum portæ mediæ ad dexteram.*

Arca antiqua valdè Guilielmi II Campiſamperii juſſu Actiolini Tyranni anno 1251. *in ſora crudeliter obtruncati, & Hieronymi Juriſconſult. celeberrimi, & Oratoris pro Patria ad* *Ædes Guilielmi apud S. Leonardū*
Principem Venetiarum Franciſcum Venerium; cum ſtemmate Leonis rapacitet erecti cum cauda ramiſea ſine literis.

Vide Inſcript. Urbis fol. 352.

Super hanc Arcam addita eſt nuper inſcriptio hæc marmori inciſa.

Hoc Sepulchrum in quo conduntur cineres Guilielmi 1251. Hieronymi Juriſconſ. 1556. & aliorum de Campo Sancti Petri vetuſtate collapſum Nobb. Dñi Com. Obbicius, Joann. Franciſcus Juriſc. & Canonicus q. Gaſparis, Daniel q. Tiſi, Comes Nicolaus q. Joann. Antonii, Aloyſius Antonius Juriſc. & Ludovicus Juriſconſ. & Canonicus q. Alexandri de prædicta Familia viventes ſibi ipſis, & ſucceſſoribus inſtaurarunt.

Anno Domini M. DCCVII.

Nobiles Campiſanperii, quod Galeatio Mediolani Duci; (cum Franciſcus Carrarienſis ei urbem reliquit) grati admodum facti eſſent; Ubi Carrarienſ. Pat. recuperavit totam eorum Familiam proſcripſit, qui tandem Univerſæ Italiæ pace reddita indemnes Patriæ reſtituti ſunt. Ludovicus ex hac ſtirpe Eques inſignis Gonzagis Mantuæ Ducibus carus, & affinis pluries ad Principes Legatus, Romæ ubi agebat à Sicariis doloſè interemptus eſt, qui mox in Patriam relectus in Arca, quæ exiſtit in æde Divi Jacobi honorifico funere fuit tumulatus 1431. *Is teſtamento cavit, ut in ſua hæreditate non niſi ex propria familia Doctor qui peritior haberetur ſuccederet, & poſteà alter ſimiliter Doctor, & Doctore deficiente Miles vel Civis magis honoratus.* Scard. fol. 293. Port.fol.174. Bemb.lib.11. Hiſt.

V Inſcrip. Urb.pag. 191.

S. ANTONII DE VIENA CANONICORUM SANCTI SALVATORIS.

In Templi fermè medio in marmore ſepulchrali

1 Sebaſtianus Vareſe,
ſibi, ac
Franciſcæ Borinæ
Uxoris Filiiſque Amantiſſimis poſ.
Anno Domini M. D CCV. Kal. Octob.

Ibidem in rubro Marmore.

T.

2 Ut aſſueſcant Mori
Canonici Regulares
Poſuerunt
M. D CCV.

TEM-

TEMPLUM S. AUGUSTINI PATRUM ORDINIS PRÆDICATORUM.

Ante gradus Ara Adſumpta B. V. humi in Albo marmore

1 BAR. BARBOB. & Suor. Sep.

2 Jacet in hoc Templo Domina Mædea Filia Excellentis Doctoris Domini Franciſci Fornaſerii de Monteſilice Anno Dom. M. D LII. & ſepulta eſt apud Patrem ſuum de hoc conventu B. M.

De Bonif. hujus nob. Fam. hac Petro Bẽbo in ſua Hiſt. Quia ſe amater pro Repub. Patavino Bello 1513 geſſerat auri libra annis ſingulis S C donatus eſt

3 Anno Domini 1344. Die iv. Menſ. Febr. translatum fuit corpus Domini Nicolai Germani q. Magnifici Domini D. FRANCISCI DE CARRARIA Senioris de Monaſterio Carrariæ ad Clauſtrum Fratrum Prædicatorum Sancti Auguſtini de Padua. Sepultus in Capella Majori cum Germano ſuo Domino Carolo Ubertino.

Ex antiquo diario Conventus

In Cœmeterio Extrinſeca Arca Marmorea, (quæ hodie non extat) cum hac inſcriptione

4 Judita Uxor q. Domini Joannis de Dulo hic jacet, migravit ad Dominum VIII. Octob. M.CCCII.

Fuit huic Cœnobio benem.

Ad Paginam 45. num. 27.

In Cappella Familiæ Buzzacarenæ poſt Aram marmor nobile parieti fixum.

5 Sacellum hoc
SS. Stephano, & Laurentio
A PANTALEONE DE BUZZACARENIS EQUI.
militari diſciplina, & rerum geſtarum
gloria inſigni
Quadringentis ab hinc annis dicatum
ut priſca majorum ſuorum pietas
magnificentius perennet
Comes ANTONIUS DE BUZZACARENIS
Divi GEORGII Eques &c.

annuentibus agnatis
Ornamentis recentioribus auxit
Anno Domini M.D CC II.

Ibidem ad Altare triplex marmorea Statua Sanctorum Stephani, Laurentii, media Beati Rainerii cujus habetur ibi notitia hac inſcriptione brevi incidenda.

6 D. Rainerius Confeſſor
E' nobili Scacceriorum Familia
Natus eſt Piſis Anno Chriſti M. C XXVIII.
Patre Gridolfo Viro forti
Matre Spingarda de BUZZACARENIS Matronæ
Piſana Nobiliſſima
Obiit Anno Salutis M. CLXI.
Ejuſque dies feſtus eſt XV. Kalend. Quintiles
juxta Martyrologium Romanum
Ex pluribus, qui ejus acta deſcribunt latè,
Vide Epitomen Annalium Piſanorum
Pauli Troncii.

---

7 *Ad Cappellam Sancti Nicolai, ad paginam 58. num. 91. ubi legis Conſecrationi Sacelli adfuiſſe quatuordecim Coepiſcopis aſſiſtentibus Nicolao Epiſcopo Gignenſi, permiſſu Goffredi J.U.D. Vicesgerentis D. Pagani à Turre Antiſtitis Pis. illud ſolemni conſecraſſe pompa. Scias Coepiſcopos fuiſſe*

Archiepiſcopus Spalatenſis.	Epiſcopus Gibicenſis.
Epiſcopus Thinenſis.	Epiſcopus Arbenſis.
Epiſcopus Tragatenſis.	Epiſcopus Uratisvalenſis.
Epiſcopus Scardonenſis.	Epiſcopus Crocanenſis.
Epiſcopus Corpavigienſis.	Epiſcopus Scorculenſis.
Epiſcopus Quadrenſis.	Epiſcopus Verglenſis.
Epiſcopus Nonenſis.	Epiſcopus Anſavenſis.

Ex

Digitized by Google

Ex tranſverſo magnificentiſſimæ Templi Januæ, (quam Mag. Bartholomeus ex antiquiſſima, & Nobiliſſ. Capiliſtiorum Famil. vivis lapideis marmoreis ſuo ære ornavit) in albo lapide Sepulcbrali magnis literis.

8 PETRI APONI CINERES
Obiit Anno M. CCC XXXV.
Ætatis LXVI.

An. 1313 Prætorium Urbis Magnificentiſsimũ Mathematicis Imaginib. mirabiliter ornatũ fuit ab iſto Petro Aponenſi Medico celeberrimo, ac Mathem. excogitatis, quæ poſtea in unũ volumẽ congeſta, edita ſunt.

In Peryſtilio, quod Clauſtrum Mortuorum vocant, altiùs in Muro Eccleſiæ, Inſcriptio ponenda, ſi Cœnobii Patres annuerint.

9 Die XXIV. Junii M. DCCIII. Sancti Joann. Bapt. ſacra. D.D. GEORGIUS CARD. CORNELIUS Epiſc. Pat. Comminiſtris Illuſtriſs. & Reverendiſs. D.D. VINCENTIO BONIFACIO Epiſc. Famaguſtano, (*Obiit Patavii die VII. Auguſti M. D CC VI.*) ejus Suffragan. & PAULO VALARESSO Concord. Epiſc. ac duobus Aſſiſtent. Canonicis AUGUSTO ZACCO, nunc Archiepiſcop. Corcyr. atque SERGIO POLA, hodie Epiſcop. Famaguſt. (qui ab eodem CARD. CORNELIO conſecratus eſt, Comminiſt. JO: FRANCISCO BARBADICO Veron. Epiſc. & PHILIPPO A TURRE Epiſc. Adr. in Eccleſ. Monial. Beatæ Helenæ die 21. Novemb. M. D CC VI.) Fr. Angelum Carlini Ven. Conv. SS Roſar. Congregat. Obſerv. B. Jacobi Salomonii Ord. Præd. conſecravit Archiepiſc. Corinthi. Is primus ad eam Eccleſ. à Senatu Veneto electus eſt. Idem mox VII. Octobr. ab eodem Eminentiſs. CARD. ſolemniter Pallium recepit, inviſente tunc Diœceſim in Paroch. Eccl. S. Ambroſii Villæ Peonchæ, Patronata JO: BADUARII Patriarchæ Venetiar. Nunc Card. & Epiſcop. Brixiæ.

Ne tantæ rei memoria periret, Mag. Jacobus Salomonius prælibati CARD. CORNELII Tiroc. annuentibus Patribus Cœnobii incidendam curavit Anno M. D CC VI.

Ad

Ad Pag. 95. num. 298.

Intus in Conventu ad Cellam, quam nunc tenet M. Jacobus Salomonius, in meridie, atque in extrema parte ingreſſus Conventus, Templum verſus in parte inferiori, intra Januam inferioris Cameræ.

Is enĩ pro majori parte eã cõſtruxit.

10 Sacræ Theologiæ Bacealaureus F. JOANNES GENTILINUS Pat. hujus totius operis conditor.

---

11 *In eadem Camera extra ad Meridiem viſitur Tabella Lapidea, quam Salomonius ex Oppido Plebis Sacci huc tranſtulit, & altius parieti fixit, de ea hæc habes in Libro Inſcriptionum Agri Patav. pag. 297.*

Jacobo Salomonio Ordinis Prædicatorum.

Lapis taphicus, quem mihi exhibuiſti explicandum Rever. P. M. inſcribitur à quodam Teleſillo Teuxenide Glyceræ Uxori ſuæ: in eo poſtrema Tetraſtichi verba deſunt, perfracto à vetuſtate Saxo deficientia: Ea, ego, ut poſui, addidi, quò ſententiam verſuum affatim planèque proponerem. Porrò illa ita ſe habet. Nicolaus Comnenus Papadopoli.

Σῆμα τοῖο Γλυκερὴ Τελεσίλλας ἐνθάδε θῆκε
Τευξενίδας ἀλόχῳ, λάχεν ἥ οἱ πάντοτε πλήρης
Πίστεως· εὐνοίης, ἀρετῆς, ἀγάπης τε, μένοιτο
Ὄφρα καὶ ἐσσομένοισι τεὸν κλέος ἄφθιτον αἰέν.

Sepulchrum tibi, ò Glycera Teleſillas hic poſuit
Teuxenides uxori, quam ſibi ſortitus eſt ſemper plenam
Fidei, benevolentiæ, virtutis, atque amoris, maneat
Ut & penes ſuturos tua gloria incorrupta ſemper.

Lapis taphicus, quem ab interitu vindicavit ſolers induſtria Nicolai Comneni Papadopoli Cretenſis Abbatis, & Juris Pontificii Profeſſoris, ingenii ſingularis, eruditionis ingentis, doctrinæ admirabilis, qui ſicut in hoc lapide literas vetuſtate corroſas reparando, ſupplendoque mirè adjuvit opus hoc, ita & aliis locis non paucis multum in hoc qualicunque libello non mediocri fuit nobis adjumento.

Ibidem.

12 Ibidem ad Orologium Solare.

Horas dum numeras, horam memorare ſupremam.

---

13 *In fine Horti, cujus deſcriptionem eruditè dedit Anno 1698. Antonius Caramaneus Dalmata Vir acri ingenii, & variæ eruditionis, mihique ſumma benevolentia conjunctiſſ.*

DEUS NOBIS HÆC OTIA FECIT.

---

14 *Ad Pag. 94. in tertia Cubicula cujus titulus* Hoſpitum, & Infirmorum olim Hieronymi Herculani.

In fine Horti ſupra feneſtram picta eſt imago Mulieris ſedentis, inter Sphingam & Aquilam cum Sphæra; Habet hæc in dextera ſceptrum, in cujus apice eſt oculus, ſiniſtra librum tenet cum his verbis: NULLIBI SUAVIUS.

In coronide proſpectus hæc verba leges

Ducam eam ad ſolitudinem & loquar ad cor illius.

A dextro proſpectus latere pingitur Pallas cum lemmate ad pedes: Ingenio præſtat.

In altero Hercules claviger cum lemmate:

Præſtat & ingenio.

In medio ſub feneſtra in fine proſpectus

Nunquam vel minus ſolus, vel ocioſus, quam cum ſolus & ocioſus.

In hoc Cubiculo pii & religioſi Viri cuſtoditur Icon Auguſtæ ELEONORÆ GONZAGÆ Imperatricis, dono miſſa ab eadem Magiſtro Herculano, adjectis ſexcentis aureis hungaricis, quod ejus petitione librum edidiſſet inſcriptum: La Regia delle Vedove, *dicatum, ſacratumque eidem.*

Horum partem Bibliothecæ amplianda, coemendiſque Libris, quibus eadem ditaretur, deſtinarat, ſed morte præreptus id negotii commendavit Patri Jacobo Salomonio, quippè qui ſua operâ Patavino hinc Cænobio eſt agregatus, dicens: Deum, qui conſtructionem Templi denegaverat Davidi eam reſervaſſe Filio ipſius. *Is porrò Bibliothecam auxit ac refecit expenſa quatringentorum circiter Ducatorum præter bis millenos impenſos decori, ac ornamento Conventus, & Eccleſiæ.*

Vir ſacratiſſimi Ordinis Legũ Obſervan. Benignus aliis, ſibi ſeverus, additusq; & literis, & orationi Familiariſſ. ſuit Gregorii Barbadici quẽ operã navante legalibus ſtudiis Patavii Theologiã docuit eiq; mox Epiſcopi Pat. ob eximiã familiaritate rexiſſe ſpiritu ſertur: Obiit non ſine Sãctitatis ſama die 9 Feb. 1667.

In

In extrema parte magni Dormitorii in antiquis fabricis quarum mentionem fecimus in Libro Inſcriptionum Urbis fol. 98. ubi olim Bibliotheca & habitatio Inquiſitorum repertus eſt lapis cum his literis : Locus Santiſſimæ Inquiſitionis.

Officium vero Santiſſimæ Inquiſitionis, quod Boniſacius VIII. Minoritis ademit anno 1302. cauſis, quas in ſua Bulla XI. Kal. Febr. Pontificatus ſui anno VIII. affert, & Dominicanis demandavit penes nos ſtetit uſque ad annum 1407. quo Sixtus IV. Summus Pont. ex ordine S. Franciſci ſuis Minoritis reſtituit.

SANCTI BENEDICTI MONIALIUM.

Huius in Lapide Quadrato.

V. Inſcrip. Urb. pag. 107.

Troilus de Scarſis
vivens
Sibi fecit M. DCCIV.

S. BARTHOLOMÆI MONIALIUM.

In Pulchro Lapide Sepulcbrali.

V. Inſcrip. Urb. f. 263

1 Horatio de Bonis Patav. J. U. D. hujus Parochialis Eccleſiæ quinquaginta annos Rect. optimè meritus, Divi Georgii antea annos octo hìc quieſcit. Bonitate morum, qua vixit, bonitatem ipſam moriens auxit, Eccleſiam, Moniales, Egenos, Amicos, & Affines ſuis bonis adoptavit, æquè unicuique Bonus. BONUS iterum æterna Bona poſſidet. Receſſit è vita XIV. Kal Januarii Anno Salutis M. DCCII. Ætatis ſuæ 83. Hæredes Commiſſariique unanimes poſuere.

Supra Oſtium Sacriſtiæ ad Immaginem.

2 Horatio de Bonis J. U. D. hujus Eccleſiæ Rectori animo, & facie ſuaviſſimo Moniales ejuſdem liberalitatis, & benevolentiæ memores hoc gratitudinis ſymbolũ poſuere.

Huius

Digitized by Google

Humi in albo Lapide.

3 Hic jacent oſſa Hieronymi March. de Dondis ab Horologio. Obiit Anno Salutis M. D CC V. Septim. Menſis Octobris. Ætatis ſuæ annorum LXXXVII.

PAROCHIALIS S. CANTIANI.

Humi in albo Lapide.

1 Hic jacent cineres Adm. Reverend. Excell. D. Bonaventuræ Flexati J. U. D. Manſion. in Eccleſ. Cathedr. & hujus Magn. Civitatis. Nec non Perilluſtr. & Excellent. D. Petri Antonii Flexati Publici Profeſſoris in hoc Archilyceo Patavin. ejuſdem Nepotis.

Die VI. Menſe Maii M. DCC VII.

S. CAROLI PP. REFORMATORUM.

Juxta aram maximam. *V. Inſcrip. Urb pag 149*

D. O. M.

1 Camilla Corſo dilectæ Sorori Eliſabeth defunctæ, & ſibi V. P. M. DCCV.

Ab hoc non procul in Lapide ſpecioſo.

2 Mariæ Maſſerini dilectiſſimæ, & diligentiſſimæ Uxori 1702. Serenæ Jordani amatiſſimæ, & amantiſſimæ Matri 1706. defunctis ſibi, & Filiis, Conjux, Filius, & Pater mœſtus, gratus, & providens poſuit Medorus Borinus. P. P. M. DCC VII.

---

3 *In Oratorio propè Sacrarium Tumulus albi marmoris Comitum de Foretis cum inſigni gentilitio ſine inſcriptione.*

Intra Eccleſiam ad dextram in parvo nigro Lapide ſignato

4 E. C. ideſt Elenæ Caſcici. Requieſ.

5 Camilla Corſo dilectæ ſorori Eliſabeth defunctæ, & ſibi V. P. M. D CC V.

---

6 Jacet in hoc Templo in PP. Tumulo Franciſcus Gueraldo olim Plebanus Eccleſiæ Vici Roſaræ, Vir pietate, doctrina & ſedulus Paſtor, qui & Templum illud, à vetuſtate vindicavit ſuppellectilem auxit, & domum Parochialem ampliavit.

PAROCHIALIS SANCTÆ CATHARINÆ MONIALIUM.

In ſublimi Ara maxima in Lapide.

D. O. M.

1 Hanc Aram

Divæ Catharinæ Sacram

Solemnibuſque ſuis deſtinatam

Univerſitàs Juriſtarum

Vetuſtatis humilitate depulſa;

Icon ſumptuoſius expreſſa,

In anguſtiorem hanc formam

reſtitutt.

Curante Protectore Ludovico Juſtachino

Patavino Co. Profeſſore Publico.

Anno Chriſti Servatoris M.D CCII.

V. Inſcrip. Urb. pag. 299.

Altius in Pariete Marmor elegans.

2 Nobili & ſummo Viro Vincentio à Clavibus Vicentino, qui ætatem ſuam & omnium cura dexteritate, & conſilio ſupergreſſus deperditis temporibus, & ex olim Prætoris Juſtiniani ad ſummum ſunctuoſis rem criminalem ita fortiter geſſit, ut penitus everſum in ſuum reſtituerit decus, ut pretium maleficiorum Notarii ex æque defuncti poſuerunt Anno M. D CC IV. Menſe Septemb. Ætatis ſuæ XLIII.

En

Ex Libro Inſcriptionum Deſiderii Lignaminei. Leguntur hæc Patavii in Templo Veſtalium, quas Convertitas vulgò appellant

3 Ludovicus Lippus Patav.
Gregorio Fil. unico, & Dulciſſ.
Tu columen rerum ſemper tu cura mearum
Nunc eris, & luctus, tu quoque cauſa mei.
Vixit Annos V. Menſ. II. Die III.
Obiit VIII. Id. Maii M. DLVIII.

Tēplū hoc eratCœnobiolū S. Magdalenæ in Vico Zucco,quo relicto ad Parochiale S Catherinæ ſæminæ illæ migrarūt; Ubimonumētūtrāslatū fuit hodie non extat.

SANCTÆ MARIÆ CONFRATERNITATIS COLUMBINORUM.

In Cæmeterio altius in pariete lapis cum hac inſcriptione.

1 *MEMORIA*

Che doppo conteſo in pregiudicio trà queſto pio Loco, & li Nob. Signori Conti Brozoli, reſtò ſtabilito con Scrittura 10. Decembre M. DCC II. decretata dall'Eccellentiſſimo Podeſtà ASCANIO GIUSTINIAN, che la preſente fabrica, e muro non apporti pregiudicio alla Scuola, nè detti Signori Brozoli poſſano far altri fori, mà levar debbano il Piovere, nè à ridur l'acqua nella loro Corte, e come in detta Scrittura. *V. Inſcrip. Urbſ. 132.*

IN TEMPLO SANCTÆ MARIÆ PATRUM CARMELITARUM.

Juxta Portam Sacrarii in quadrato Lepide.

1 D. O. M.

Silveſter Brixianus ſibi, Joannæ Mariæ Panighetti Uxori, Joanni Baptiſtæ filio, hæredibus. Mon. hoc poſ. Anno M. DCC.

Google

In Splendido Sacello mortuorum ad Levam in marmore;

2 Joannis Juſtachini Ductoris militum effigiem Paulus Filius J. U. D. Collegiatus ponendam curavit.
Anno M. DCCII.

PAROCHIALIS S. ÆGIDII.

Humi in Lapide Sepulchrali.

1 Valentino Maſſari Patri amantiſſimo, ac benefactori Filii mœſtiſſimi grato, & obedientiſſimo animo poſuere.
Anno Domini M. DCCVI.

V. Inſcrip. Urb. f. 475.

IN TEMPLO PATRUM EREMITANORUM.

Humi non longè ab Ara Maxima in lapide quadrato.

1 Hic jacent oſſa Reverendiſs. D. Abb. Thomæ Bernardi Paravini Anno M. DCC. XXII. Menſis Octobris.

Ante Sacellum Sanctæ Urſulæ humi in albo lapide.

2 Sepulchrum Juſtachinæ Familiæ reſtauravit Paulus Juſtachinus J. U. D. Collegiatus Anno M. DCCII.

In novo, & Pulchro Tumulo.

D. O. M.

3 Oſſa Majorum Nob. de Zacchis, ab Antonio J. C. Bartholomæi F. Anno Domini M. DXXVIII. ab Darium Canonicum Alverii F. Anno Domini M. DCXXXIX. multiplicatis funeribus, ab ſummum Tumulum cumulata ALVERIUS, VINCENTIUS, ANTONIUS Juriſconſ. Zacchi Filii venerabundi ſede immota, hoc lapide indice, & cuſtode obſignari curarunt Anno D. M. DCCVII. Poſteri pium exemplum ſequuntor quietem non interpellanto proximè conſtructo Tumulo ſepelliuntor.

In

Humi in albo lapide Sepulchrali.

4 D. O. M. Franciſcus Tarmetta J. U. D. Civis Patavinus cineribus ſuis, Uxoris, ac Deſcendent. Nullo unquam tempore eruendis, Tumulum hunc adhuc vivens. Poſ. Anno Domini M. D CC VII.

In interiori Periſtilio, quod Clauſtrum vocant, ſub ſtemmate Gentilitio

5 S. R. E. Card. de Noris.

HENRICUS NORIS calamus, cor, lingua Sophia, Virtutum Princeps purpureus colitur.

S. FRANCISCI PP. DE OBSERVANTIA.

Ante pedes Aræ maximæ humi in lapide marmoreo ſepulchrali.

1 Franciſcus Leonius Cavazza
Patritius Venetus, & Comes de Sanguinetto, cujus ære *V. Inſcrip.*
Ara hæc maxima, ex lignea, marmorea confecta eſt, *Urb. 334.*
Ac tribus in hebdomadam dotata Sacrificiis,
Hic
Sibi, & dulciſſimæ Conjugi
ANNÆ MARIÆ Co. BARBO' SONCINÆ
Tumulum vivens poſuit,
Ubi
Juncta eorum corpora
Ex quibus conjugalis amor nunquam diſceſſit
Beatam expectant æternitatem
Anno Salutis M. DCC V.

In Choro, Poſt Aram maximam.

2 D. O. M.
FRANCISCUS LEONIUS CAVAZZA
Patritius Venetus, & Comes de Sanguinet o
Solo

Solo pietatis intuitu,
Aram hanc
A' fundamentis erexit
Sub glorioſo regimine
Reverendi Patris
Nicolai de Caſtro Plebis Sacci
Guardiani benemeriti
Anno Salutis M.DCCV. die XXX. Maii.
Gratitudinis Gratia Patres recitabunt poſt Matutinum
SALVE REGINA

Ad dexteram Aræ maximæ in Tabella Muro fixa

3 Il N. H. Sig. Franceſco Girolamo Lion Cavazza Conte di Sanguinetto, con il ſuo proprio hà eretto di Pietra il preſente Altare, già di legno dotandolo d'una Manſionaria perpetua di trè Meſſe alla ſettimana in ſuffragio dell'anima ſua, e della N. D. Sig. Co: Anna Maria Barbò Soncina ſua Conſorte. Il tutto appare in atti del Sp. D. Gio: Fantini Nodaro Collegiato, dovendoſi pur del proprio ſtabilito il Sepolcro à piedi del preſente, come ſi vede.

Ad Levam ejuſdem Aræ altera tabella marmorea.

D. O. M.

4 La Nobil Donna Conteſa Anna Maria Barbò Soncina Moglie del N. H. Sig. Co: Franceſco Girolamo Lion Cavazza, ad eſempio del Conſorte, che prima inſtituì una Manſionaria perpetua di trè meſſe alla Settimana all'Altar Maggiore di queſta Chieſa, ne hà eretta un'altra di altre trè meſſe perpetue pure in ogni ſettimana, che in tutto formeranno una meſſa quotidiana perpetua per ſuffragio delle anime de loro giugali, come per inſtrument. 1706. otto Aprile in atti del Sig. Zuanne Fantini Nodaro Collegiato di Padova.

Ad

Ad Pag. 339. n. 83. poſt Nicolas Franco epitaphium adde.

5 Area magnificentius dilatata Icalis ruentibus firmius reſtitutis, proximum Præceſſoris votum implevit JO: BAPTISTA SANUDO Matthæi Divi Marci Procur. F. Epiſcop. Tarviſ. Anno M. DCLXXXIX.

Præſul avita SS. & pricipe nobilitate; ſed & ſuis etia laudibus, pietate, paſtorali cura, & eruditione poſteris celebradus mihi vero ob conſtatē erga me comitatē, & collata facile, ac liberaliter beneficia, non ſine grati animi, ac veneratione teſtificatio celebrandus.

In ipſo Ingreſſu ad Epiſcopium à parte Capellæ Sancti Nicolai, in pulchro Marmore.

6 Alterum hunc aditum tanquam univerſi ædificii coronidem elegantius diſpoſuit, magnificentius ornavit, JO: BAPTITSA SANUDO Matthæi Divi Marci Procur. Filius, Pontifex Tarviſinus. Anno M. DCLXXXIV.

Propè Sacrarium in Lydio Lapide Marmore nigro Sepulchrali.

7 Petr. Anton. Franchino Nob. Patav. ob maritimam diſciplinam, & in Turc. cladibus gnavam operam, à Veneto Senatu inter ſeelectos Militiæ Præſides aſcito, Cytheræ in Ægæo Nauplii in Peloponenſ. Piſcherii apud Cœnomanos, Arcium Præfecto, poſt decennium è Caſtris ſoſpiti, ſed mitioris cœli immitibus illecebris intercœpto. M. Anton. Fratr. apud Maternum Sacellum Comitum de Calia monument. poſ.

Vir eruditione & humaniori literatura, præſertimque Poeſi laude hac noſtra ætate inſpicuus cujus benevolētia, & amicitia maximè glorior

Ante Aram Sancti Joſeph.

8 Mortalibus exuviis. Petri Fantini Notarii Collegiati, & Lucretiæ Bictiæ Jugalium, huc aliunde translatis urnam, & ſedem Ære proprio poſuit, Marcellus Fantini Filius Notarius ex Colleg o Patavino.

In Choro poſt Aram humi in albo Marmore.

9 De Familia Nobili Patavina Comitis SANTONINO uſque in infinitum.

SANCTI

SANCTI HIERONYMI PP. EXCALCEATORUM.

In Templi fermè medio quadratus.

1 Parentibus intra biduum rapidiſſimo fato ſublatis ſibi, ac Poſteris Sanctus Gomberti Juriſc. locum quietis poſ.
Anno M. DCC VI.

Ibidem Humi in novo Tumulo.

2 Communis Benefactorum requies.
Anno Domini M. DCC VI.

In conſpectu Altaris Majoris.

3 Manſuetus Poccobellus Venetus terram viventium poſſeſſurus monumentum hoc, ſibi, & poſteris comparavit. Obiit Patavii XXVIII. die 28. Junii.
Anno M. DCLXXVIII.

A latere hoc extra.

4 Hic ſunt oſſa Zefferini Zuanelli Nobil. Salodienſis viator ora pro anima ejus.
Obiit die XX. Decembris M. DCC IV.

In Choro.

D. O. M.

5 R. D. Petrus de Angelis hic Angelorum Manſionem expectat. Obiit Anno M. DCLXXX.

IN ECCLESIA PAROCHIALI SANCTI JACOBI.

Ante egreſſum portæ Occidentalis ad levam in pariete Arca Marmorea ſine literis, cum ſtemmate antiquiſſimæ Familiæ de Campo Sancti Petri, quod eſt Leo rapaciter erectum cum cauda ramiſea, in qua Ludovicus Eques inſignis de dicta Familia ſepultus eſt Anno 1521.

Humi

Humi ſub eadem Arca reperitur ſepulchrum antiquum ejuſdem Familiæ, cum hac inſcriptione Longabardis literis.

1 Liberalis Filius Nobilis Viri, & egregii Militis Domini Joannis de Campo Sancti Petri hoc ſepulchrum Patri, ſibi, ſuiſque paravit Anno M. CCC XLII.

De hoc Ludovico Equite v. Scardeon. fol. 203. & Inſcr. Urb. f. 334.

Ante egreſſum ejuſdem portæ ad dexteram in pariete, Arca Marmorea cum ſtemmate ſine literis.

SODALITIUM S. JOANNIS EVANGELISTÆ.

Humi in rubro lapide quadrato.

1 Auguſtini Sardò Patavini, familiæque ſuæ hic jacent oſſa. M. DCCIV.

IN MAGNIFICENTISSIMO TEMPLO S. JUSTINÆ MONACORUM CASSINENSIUM.

In Periſtylio, quod Clauſtrum Mortuorum vocant altius in pariete in pulchro lapide.

1 Manibus Albertini Muſſati Poet. Clariſs. Gualbertini hujus Cœnobii Abbat. Fratris adverſis Fatis jactati Monachi hoc devotionis ſymbolo parentant.

De hac Fam. lia v. Inſcript. Urb. f. 106.

*Is cum elegantem Tragediam de impiiſſima Tyrannide, & atrociſſima immanitate, & crudeli exitu Actiolini, & Alberici Fratrum cecinisset. Item heroico carmine bella Patavini Populi adverſus Canem Scaligerum Veronenſem Tyrannum, aliaque multa per egregia ſuavi metro continuò decantaſſet. In conſpectu nempè totius Gymnaſii, ac univerſæ Civitatis à Pa*gano Turriano *Epiſcopo Patavino, & ab* Alberto Saxoniæ Duce *tunc Patavini Gymnaſii Moderatore, ſeu Rectore, utraque Doctorum* Collegio *præſente, inſignem ex Lauro coronam ſolemne apparatu accepit, & ſumma cum laude creatus eſt; eique*

Extat de hac re ejuſde Albertini Epiſt. ad Collegiũ Artiſtarũ carmine cõſcripta, atque jam typis edita

cognomen auctum, ut deinceps ex Muſſo, Poeta Muſſatus diceretur, quaſi Muſis carus, & ſubinde ejus Poſteri ex eo cognomento aliquandiu Poetæ, ſeu Muſſati dicti ſunt. Sancitum eſt etiam ex decreto utriuſque Academiæ, ut ſingulis annis in die Natalis Chriſti Domini utriuſque Collegii Doctores, atque Scholares ſolemni Pompa, cum tubis, & Muſicis inſtrumentis ad ejus domum pergentes Poetam ipſum cereis donariis honoris cauſa ſalutarent. Ejus Domus erat ad Pontem Molarem in Cimo medio inter duos Pontes vico.

Ex Tomaſino de Gymnaſ. lib. 1. cap. 50. fol. 169.

Aſpicitur è ſubdiali Xiſto Cubiculi Abb. Ruberti Tortæ Horologium Solare pictum in pariete Eccleſiæ cum hoc dyſticon:

Vir comis, ac Religioſus, cujus amicitia, & benevolentia feliciter utor

2 *Conſpirant Umbra, Lux, Linea Cuſpis in horas*
Fluxilis hoc vario ſtamine vita fugit.

Pone Eccleſiam, in quadam Area, ubi eſt fornax, aſpiciuntur à via, quæ per Urbis mœnia ducit ad Portam Pontis Curvi ſex Lapides quidam qua erecti, qua humi jacentes, in quibus legitur:

3 TERMINUS DIVIDENS PUBLICUM A PRIVATO.

IN PAROCHIALI ECCLESIA SANCTI LAURENTII.

Ad Levam Aræ maximæ marmorea Tabella muro fixa, cum hac Inſcriptione.

1 JUSTINÆ LAZARINÆ
Olim Thomæ Tabarini Uxori
V Inſcript Urb f 311. Ob legatum huic Sanctuario exornando impenſæ partem
Manibuſque cæterorum in hoc concurrentibus,
Joſeph Piſani Doct. & Rect. ære collectitio,
& pro-

& proprio addito
Hoc gratitudinis ſymbolum poſuit,
Mortalium benevolentia Hoc ſummi opificis Dei cultu
Immortalitati conſecrata
Anno Salutis M. D CCV.
Sacris Sancti Stephani Virginibus annuentibus.

Ibidem ad dexteram altera tabella Marmorea.

2 Aram hanc cum utroque latere
Pietate Antonii Vitæ, ejuſque Nepotis Fanzagi
Excultam Anno M. DCXXVII.
Mox à Stephano Viola, altero ex Rectoribus
Collectam piorum ope expolitam;
Bernardinus, & Fratres Fanzagi
Majorum mentem liberaliter explevere
Anno M. DCCV.

Ad pedes Aræ Maximæ in albo marmore Sepulchrali.

3 Joſeph Piſanus J. U.D. Eccleſiæ Parochus,
Ut ſupervenienti Hominis Filio
Quavis hora expeditius occurreret;
Ad collapſorum cinerum cuſtodiam
Hunc ſibi, adbuc vivens, Tumulum poſuit,
Salutis Anno M. D CC V.

Propè Oſtium humi in quadrato Lapide.

4 Oſſa R. D. Silvii de Bertis olim Canon. S. Laurentii Juſtiniani. Obiit Anno D. M. D C IV C. 23. Decemb.

SANCTI LEONARDI PAROCHIALIS.

Humi in Tumulo albi Marmoris. *V. Inſcrip. Urb. ſ. 193. 478.*

1 Confratres Congregationis Beati Aloyſii Gonzagæ Sibi, & futuris Confratribus morituris H. S. P.

SANCTI MARCI MONIALIUM

Juxta pedes Aræ in rubro marmore Sepulchrali.

V. Inſcript. Urb. f. 207. 1 Sepulchrum R.R. Monialium M. DCCVII.

SANCTÆ MARIÆ INCONIÆ PAROCHIALIS.

In Lapide Sepulchrali.

1 D. O. M.

V. Inſcrip. Urb. f. 282. Marci Antonii Abbat. Sohier de Clariſſ. Primorum Veromandiæ Comitum ſtipite; Liberi S. R. I. Baronis, VVarmenhuſæ Crabbendami &c. Toparchæ & antiquæ Poelguſtanæ Arcis Domini.

Perpetuæ, atque quotidianæ Cappellaniæ hic Inſtitutoris ſecunda domus. Obiit Anno M. DCCIV.
die verò XXVIII. Auguſti. Ætatis ſuæ LXXVIII.

SANCTÆ MARIÆ MAGDALENÆ PP. SOCIETATIS JESU.

Ad Pag. 292. ad pedes Aræ Sancti Franciſci Xaverii, in albo Lapide quadrato.

Hujus Frater Abb. Ant. Vaira primarius Canonum Profeſſor in Archil. pat clarus moribus, & doctrina, mihi conjunctus amore intimo.

2 D. O. M.

ELISABETH VAIRA Adriacos ſortita parentes,
Nulli hominum, tantum nota, ſed ipſa Deo.
XAVERIO vixit, fruitura occubuit eodem:
Illius ante Aram condere membra placet.
Hinc meritò dices, hæc Virgo quieſcit in Urna,
Votum namque ſuum vota habuere ſua.
Anno M. DCIIIC.

MO-

Google

MONIALIUM S. MARIÆ MISERICORDIARUM.

In Templi medio humi in Lapide Sepulchrali.

1 In Chriſti nomine, & Virginis Mariæ M. CCLV Monumentum Domini Antonii, Dominici, Baii: q Domini Franciſci de Rio, & ſuorum hæredum. *V Inſcript. Urb. f. 438.*

Propè januam ad levam ſepulchrum eorum.........
cum hac brevi inſcriptione.

2 Anno M. D LIV.
Menſe Aprilis.

Ad dexteram introeuntibus in alio Tumulo.

3 Alexander Philippus
E. Aloy. F. H. O. B. M. P.
E. C. FF. XI. K. Junii.
Anno S. MD. D.

PATRUM S. MARIÆ SERVORUM.

Juxta Portam Orientalem humi in ſplendido marmoris Tumulo.

1 Peregrino, & Joſepho Fratribus Feris Nob. Patavin. eodem Anno rapidiſſimè ſublatis Rei amplitudine, Poſteros ſanguine, Nuptiis Patriæ Primores complexis. Sylveſter, Peregrinus, Antonius Abbas Patruo, & Patri hoc officii ſpecimine parentant. *V Inſcrip. Urb. f. 393.*
Anno Domini M. DCCVI.

Ibidem Humi.

2 Cajetanus Mazzoleni ſibi, ac hæredibus.
Anno M. DCCVI. Die 8. Auguſti.

Bar-

In eadem Eccleſia Tumulum, cum hac inſcriptione.

D. O. M.

3 Bartholomæi Zuccani, Animæ tumulum Deus tumulo tumulum Filii paraverat, donec a ſomno, tubæ ſono reviviſcat. Obiit VII. Kalend. Martii. Anno Saluti M. D C L X X X V I I. Ætatis ſuæ LXXIX.

MONIALIUM S. MATTHÆI.

Humi in Lapide Sepulchrali ante Aram Majorem.

V. Inſcrip. Urb. pag. 268. 1 Sororum Capitularium Perpetua Domus. Anno M. D C C V.

In Cœnobio intus ſuper Oſtium habitationis Abbatiſſæ.

2 Locus perpetuus Abbatiſſæ Sanct: Matthæi erectus Anno M. D XLV. Abbatiſſa D. Giuliæ Corſara.

Intus in ſuper liminari loci, quem Capitulum vocant.

3 Hieronymus Bertramoſus Ferrarienſis. M. D XXVIII.

In Choro in tabella marmorea affixa cum ſtemmate.

4 Altobe----- [illegible] ----llus Averoldus Brix----- *Stemmatis* ----- Epiſcopus Polenſis, bis Legatus Venetiis M. D XXX.

IN TEMPLO MONIALIUM SANCTI MATTHIÆ.

Humi ad Templi ferè medium, nobile marmor.

1 Lauræ Juſtachinæ, moribus vitaque integritate ad exemplum ſpectatiſſimæ, quæ annos agens 26. inter juventutis flores Cœlum conſecutura humanæ ceſſit caducitati tam piè, ut commutari in luces tenebras videretur.

Google

tur. Franciſcus Gramolerius de Genuenſibus mœſtiſſim. Uxori dilectiſſim. & ſibi, & Poſteris H P. C.

Obiit Nonas Octobris. Anno M. D C LXX.

In loco allocutionibus Monialium deſtinato, quam Parlatorium vocant, lapis intus ſuper hoſtium.

2 D. O. M.

Collocutoria inſtauravit, & hoc cum cancellaria à fundamentis erexit Maria Angelica Colletti Veneta antiſtita Sede Epiſcop. vacante Nanticherio Bariſono Can. Patav. Vicario Capituli annuente. Protectoribus Nobilibus VVenceslao Buzzachareno, & Marco Antonio Comite Trento. Anno Domini M. D C XC VII.

IN ECCLESIA PAROCHIALI SANCTI MARTINI.

Humi in lapide antea gradus Aræ Beatæ Virginis.

1 Hic ſitus eſt Alexander Vicelli Vicarius Prætorius, Obiit Anno Dom. M. D CC VI. die 15 Menſ. Februar.

PAROCHIALIS S. NICOLAI.

Humi non procul ab Ara Maxima gradus.

1 D. O. M.

Antonius Balbi Patritius Venetus, qui Quæſtura optimè, & innocenter perfunctus, chriſtianis moribus, & ſingulari humanitate ornatus, hydrope extinctus hic jacet. Obiit XII. Aprilis M. D CC VII. *V Inſcrip. Urb. ſ. a 12.*

V Inſcript. Urb ſ.175. B. *PEREGRINI MONIALIUM*

Humi in ipſo magni Oſtii veſtibulo in quadrato lapide.

1 Vide Oſſa Excell. Joannis Capovilla pondera finem tuum, & ubi. M. DCCVII.

SANCTORUM SIMEONIS, ET JUDÆ PATRUM TEATINORUM.

Humi in albo Lapide.

V Inſcript. Urb ſ.265. 1 Julii Egani Patricii, & Canonici Vicentini caro hic requieſcit in ſpe, ora Lector; ut anima requieſcat in pace. Obiit Anno Salutis noſtræ M. D CXCIV. Ætatis ſuæ centeſimo die 13. Martii.

Ad Horologium Solare in Clauſtro.

2 *Quas notat umbra ſtyli reddit cito malleus horas*
Quod notat umbra tui, mors cito falce quatit.

Ad aliud ibidem.

3 *Aeris lege, lege haud ſolis ſot indicat horas*
Tranſilit hora tibi, num ſine lege? lege.

S. SPIRITUS PATRUM ORDINIS S. FRANCISCI DE PAULA.

In proſpectu novi Templi magnificentiſſimè extructi.

V Inſcrip. Urb ſ.280 1 Spiritui Sancto, ac D. Franciſco de Paula Fidelium pietas excitavit. M. DCCVI.

IN

IN ECCLESIA SANCTI STEPHANI MONIALIUM S. BENEDICTI. *V. Inſcript. Urb. f. 318.*

In Templi ferè medio Nobile Sepulchrum rubri marmoris cum ſtemmate eorum de Campo Sancti Petri, in cujus plano ſtat Leo rapaciter erectus cum cauda remiſſa, & ſequenti Inſcriptione.

1 D. O. M.

Nobilis Vir Dominus Gaſpar Campoſamperius J. U. D. hic ſuæ carnis ſpolia deponere cupiens, ubi intra hoc ſacrarum Virginum Cœnobium Soror, Filiæ, Neptes carnem oblitæ, & ſanguinem hoc ſibi ſuiſque ſepulchrum poſuit. M. DCLII.

De clariſſimis Viris hujus Nobiliſſimæ, ac vetuſtiſſimæ Familiæ non ſine injuria ommitterem prorſus addendum annominandumque Patrem JOANNEM, de quo legitur in Annalibus Cœnobii Sancti Auguſtini, PP. Ord. Præd. quod ſequitur.

Frater Joannes ex Nobiliſſima Campiſamperiorum Familia, qui generis ſplendore, literarum peritia, morum probitate adeo longè latèque ſuo ævo enituit, ut ſub EUGENIO IV. Summo Antiſtite Sanctiſſimæ Inquiſitionis munus demandatum fuerit. Obiit die XXV. Maii M. CCCC LXVI. ejus funus ab ampliſſimo Theologorum cœtu honeſtatum fuit.

Fuit Fidei Catholicæ fortiſſimus defenſor; terque huic Cœnobio magna cum laude præfuit. De hoc eximio Viro legimus apud Tomaſinum *de Gymnaſ. fol. 156. ex Rotulo Profeſſorum de Anno 1435. Ad Lecturam Aſtrologiæ diebus feſtivis D. Joann. de Campo Sancti Petri Ord. Prædicator. Phil. Naturalis ordinarius. Fuit is Filius Jacobi Guilielmi Nobil. & Egreg. Militis.*

In amplo marmore parieti fixo altiùs ad dexteram introeuntibus.

2 D. O. M.

Ac Divo Protomartyri Stephano Sacrum Templum

H hoc

hoc Sanctimonialium ære extructum, in quo Illuſtriſſimus, & Reverendiſſimus DD. MARCUS CORNELIUS Paravinus Præſul Anno M D X C VII. primum lapidem repoſuit. Hoc Anno M. D C LXXXII. qua die Dominicæ Crucis vexilium orbi refulſit. Eminentiſſimus, & Reverendiſſimus D. D. GREGORIUS BARBADICUS Tituli Sancti Marci de Urbe S. R. E. Presbyter Cardinalis, Paravinus Antiſtes ſolemni ritu, ac pompa conſecravit; & anniverſarium conſecrationis diem 10. Maii quotannis celebrandum decrevit, ſedente Abbatiſſa Reverendiſſima D. Laura Borromæa, Prioriſſa D. Catharina Campo Sancti Petri, cæteriſque omnibus Monialibus pia hæc in vota erectis, & conſpirantibus Sacri hujus Cœnobii Protectoribus

D. OBICIO CAMPOSANCTI PETRI.
UBERTINO DISCALCIO Publico Profeſſore.

In loco allocutionibus Monialium deſtinato, vulgo Parlatorio lapis intus ſuper oſtium.

In Tabella Lapidea altius parieti fixa.

3 Anguſtiora jam impolita, & ſub oſcura, in hanc ampliorem formam auxerunt, illuſtrarunt, & exornarunt Reverend. D. Gabriella Leonia Abbatiſſa ejuſque Neptes Anno Domini M. D C X C VII.

Anno 1371. *poſt Joannem Epiſcop. Patav. electus eſt* Jacobus Leonius *Canonicus Patavinus; ſed* Franciſcus Carrarienſis *electioni ſe oppoſuit; miſſis Avinionem publicis tabulis, quæ docebant inter conjuratos Jacobum de ipſius Ducis nece conſilium iniiſſe.* Tomaſ. de Gymnaſ. fol. 374. *is ergo cenſeo merito referendus ſupra pag.* 12. *inter ſpectatiſſim. Viros, qui meritis, & dignitatibus Capit. Patav. illuſtrarunt.*

Intus in alio loco allocutionibus deſtinato, vulgo Parlatorio.

4 Effigies Sanctæ Reparatæ, ſeu Liberæ, quæ in loco quodam hujus Monaſterii Sancti Stephani, vulgo Honeſtatis olim exiſtebat in hunc, proceſſionaliter translata eſt

ta eſt locum, ab ejuſdem Monaſterii Monialibus una cum variis Sanctorum reliquiis Apoſtolorum nempè, Martyrum, atque Virginum, ipſimet effigiei annexis, idemque ut majori veneratione afficeret, ac coleret; factum eſt. Anno M. D C L XXVII. VIII. Octob.

VIRGINUM CAPUCCINARUM. *V. Inſcript. Urb. f. 478.*

4 D. O. M.
Th. Her. Can. Aquil. Sep.
Obiit Anno Domini M. D C LXXX. Menſ. Maii.
Die XX. Ætatis ſuæ LXXXII.

S. URBANI MONACHORUM CASSINENSIUM. *V. Inſcrip. Urb. f. 520.*

1 Olim hac in Æde non longè à Platea Vinorum Artiſtarum Collegium Doctorum congregabatur, ubi examina ſtudioſorum, ac candidatorum, cæterique actus perficiebantur, aliquando cum majori ſolemnitate in Majori Eccleſia Cathedrali Laurea candidatis tribuebatur, idque uſque ad annum 1489. quo PETRUS * BAROCIUS Epiſc. Patav. Triclinium, ſeu aulam amplam Collegii Theologorum, Juriſconſultorum, & Philoſophorum, ac Medicorum conſtruxit.

* *Is Vir doctiſſimus Palatium Epiſcopale exornavit, vitas Romanorum Pontificum ſcripſit, & lib. 10. de geſtis ab ipſo, item de benè moriendi lib. 1. de emulatione lib. 11. Hymnos Epiſtolaſque ad diverſos, pluraque alia ingenii monumenta reliquit.*

Adjecta Sancti Auguſtini.

Supra ad Pag. 36. num. 7. & Inſcript. Urb. Pag. 39.
Ad Sacrarium verſus in Lapidea Tabella.

1 AUGUST'NO PIVATO Patavin. Philoſ. & Medic. Doct. & Public. Profeſſ. Equ. Hieroſolym. S. Sepulchri Qui Byzantii Legato Veneto Mauroceii. Mutinæ Lauræ Duciſſæ, Londini Reginæ Britann. Jacobi II. Uxor. Medicinam fecit, Franciſcus Fil. mœſtiſſim. poſ.
Obiit prid. Nonas Junii Anno M.DCVC. Æt. ſuæ An. LI.

Ad Pag. 71. Inſcrip. Urbis, non longè à foribus Templi à parte Septemtrionali ad Altare Sancti Hieronymi tres ſepulturæ, duæ annonimæ; ſepulchri alterius litera deleta ob pedum contritu vix legitur.

2 Fran....... co........ rio......
Clatiſſ. ac....... pr...
A. S. .... mo. Conjugi......:
Deinde poſt inſignia
Amantiſſimo ſibi, poſteriſque omnibus faciendum curaverunt die VIII. Novembris M. D LXXV.

---

3 *Extat alia Sepultura lapidea ferè nigri coloris, inter Altare Angeli Cuſtodis, & Sacellum SS. Nominis Dei ſine ullo titulo.*

Ad levam Ara S. Petri Martyris humi in parvo lapide.

4 Franciſcus, & Elena Ferraris ſibi, poſteriſque ſuis hoc condiderunt æternitati ſepulchrum.
Anno Domini M. D C LXIII.

RE-

RELIQUORUM
ÆDIFICIORUM.

IN PALATIO PRÆTORIS ad Nolam Magnæ Turris.

1 Dæmonis, & venti cum pello, corpora
Viva voco, mortuaque fleo, laus Deo.
Anno M. DCIV.
ANDREAS MINOTTO Prætor.
MARCUS QUIRINO Præfectus.

Nola hæc fracta Anno M. DCC IV. rurſus fuſa eſt, ac reſtituta Anno M. DCC IV. ASCANIO JUSTINIANO Prætore, STEPHANO QUIRINO Præfecto Rectoribus Patavinis vigilantiſſimis, & erga Jacobum Salomonium clementiſſimis.

In angulo Cancellariæ in duabus antiquis tabulis marmoreis, in quarum altera literis Gothicis cum inſignibus Civitatis.

2 Mileſimo ducenteſimo quoque anno octuageſimo tertio adjunctis verè Domini currentibus annis, hoc opus conſtructum à Domino Rectore manente. Fantono de Rubeis, genuit quo Florentiæ Terræ.

Marco Quirino Prætore, liberata fuit Civit. a tyranide Ezelini A. 1260. eodē Prat. primus utriuſque Univerſit. ſtudiorum Rector D. Goſaldus Hiſpanus. Tom de deGymn. fol. 338.

Ibidem in altera tabella, in qua ſtemma Rectoris tres Leones referens in Scuto.

3 Anno Domini M. CCLXXXIII. Poteſtatis Nob. Militis D. Fantono de Rubeis de Florentia.
Magiſter Leonardus Bocalega erexit hoc opus.

Hoc Prætus actus eſt Pons lapideus S. Joãnis inter Turrim rubeã & Ferrarias.

Sub

Sub hujus viri regimine erecta fuit columna, quæ videtur in medio Ponte Molendinarum, ut indicat ejus ſtemma una cum illo Civitatis, fortè quia tunc Pons refectus eſt, vel de ligno in lapideum factum.

Super Oſtium Conclavis Nobilium de ſexdecem Virorum.

4 COLLEGIUM M.M. DEPUTATORUM.

In Sacello Prætoris. In parte ſublimi Aræ.

5 M. D. Angelus Corrarius Prætor. C. X.

Ibidem ad Lævam introeuntium.

6 Baptiſta Nanio Prætore. M DCXVIII.

Ibidem ad dexteram introeuntium.

7 Bernardo Venerio Prætori juſtiſſimo, hujuſque Sacelli reſtauratori optimo. M. D LXIV.

Ibidem.

8 De Præt. Procurat. Sancti Marci Philip. Theup. M. D LI.

In ſummo Palatii Prætorii extra admirabilem magnis literis.

8 Nicolaus de Ponte Doctor, & Eques Prætor optimus.

In Prætorii foro non longè ab oſtio Officii Sanitatis, ut vocant in pariete ſub ſtemmate gentilitio.

9 Sic Patavam imperio rexit Baduarius Urbem,
Ut Populo ac muſis fuerit nil gratius unquam
JO: BADUARIO Doctore, & Equite
Prætore M. D XXXII.

Ab hoc

Ab hoc non longè ſub inſignibus Petri Lando Prætoris, & Aloyſii Contareno Præfecti.

10 Juſtitia | M D X X | & pietas
Concordi pace | | quieſcunt

Intus ſuper Oſtium Sanitatis ſub ſtemmatibus infraſcriptorum.

11 Aloyſius Campiſampetrus. | Jo: Franciſcus Plumbiolus Doctor. | Joannes Sala.
Scipio Papafavius. | Jacobus Zabarella Doctor.
Proviſores Anno M. D C XXIV.

In ſuperiori limine ulterius Triclinii ſub gentilitiis inſignibus.

12 Jo: Antonius Bonfilius Doctor. | Aloyſius Savonarola. | Priamus Buſinellus.
Antonius Polcaſtrus. | Antonius Leonius Doctor.
Proviſores Salutis M. DCXXIII.
Cancellario Marco Franzino Parav.

In exteriori parte ad Aquilonem altius ſub ſimulacro marmoreo Urbis.

13 Officii Sanitati Privilegium Actor q. cuſtodiæ cultor:
Proviſores Salutis Anno M. DCXX.

Ibidem ſub Immagine marmorea Leonis.

14 B. M. M. D VIII. P.

Non procul ſub Stemmate Thomæ Mocenico Prætore, & Andrea Venerio Præfecto.

15 T. M. M. D III. A. V.

IN PALATIO PRÆFECTI.

Poſt aulam in interiori cubiculo in laqueari.

1 Marinus Grimanus dum fungeretur præfectura ornatus eſt dignitate Procuratoriæ Divi Marci M. D LXXXVIII.

Ad Pontem olim Faleron, nunc Macelorum.

Hic Pons, cum onuſta cimba flumen, & tempeſtate aquis tumidum, ſubter laberetur, ea, trans pontem nuta repente corruit, ſumma celeritate refactus, ſub Stemmate gentilitio in Pontis medio
Illuſtriſs. Excell. FRANCISCO SUPERANTIO Præfect.
M. D CCIII.

AD LYCEUM.

O*Miſeram inſcriptiones, quæ intra Lyceum ſunt ut affirmavi in libro Inſcriptionum Urbis ad paginam* 522. *quòd ejuſdem Lycei deſcriptio cum continuatione* Thomaſini *ferebatur amici calamo ab Eccellentiſſimis Moderatoribus ſtudiorum fuiſſe deſtinata; Sed cum hoc opus in longum traheretur viſum eſt hìc eas exponere.*

LYCEUM igitur antiquiſſimum, quod à Carolo Magno incrementum ſumpſit, à Federico II. in Civitates Eccleſiæ ſæviente, præcipuèque in Bononiam, quam pœne evertit, Studium Generale, illa pœnitus everſa, Patavium tranſtulit. Anno M CC XXII.

HIC unde à Sancti Blaſii Templo tranſlatum eſt Gymnaſium Anno 1493. *Erant Ædes cum celſiſſima Turri* Guezzelli Maltraverſi *(ita nuncupati, quod, cum Guelphorum, ac Gibellinorum factiones vigerent inter Nobiles Viros, neutrius partis fortunam ſequeretur; ſed inter utroſque medius, nec Cæſareis, nec Pontificiis favorem impenderet:) Nobiliſſim. ac Potentiſſim. Dominus trium Oppidorum Lucii, Baonis, & Caſtri novi.* Scribit Scardeonius pag. 306. *Carrarienſes, hìc peramplas ac ſpeldidiſſimas ædes quæ binis Turribus eminebant ſpectatæ celſitudinis, quarum major adhuc extat, caluere; ubi olim Ætilinus Tyrannus carceres extruxerat. Refert* Thomaſinus lib. 1. de Gymnaſ. Patav. *ubi probat hoc in loco Carrarienſis ſolius Familiæ fuiſſe palatia, Maltraverſorum autem ponè Pontem Molendinarum. Tandem Anno* 1493. *die* 6. *Auguſti Jacobus Bonzaninus Eques, & Doctor Ædes Gymnaſii jam pridem Principum Carrarienſium, quæ Anno* 1405. *Franciſco juniore Domino Paduæ in Bonzaninam Familiam tranſierant;* Marino Venerio *Prætore, &* Marino Leone *Præfecto,* Bernardo Gio Hiſpano *de Valentia Rectore Juriſtarum, conceſſit, ut hìc publicæ ſcholæ conſtruerentur; Contractus rationem habes apud* Thomaſinum fol. 35.

Supra Portam Decumanam, ubi Leonis ſtatua deaurata, & inſignia Rectorum Urbis.

1 Gymnaſium omnium diſciplinarum. Principe PASCHALI CICONIA, Præſidibus JOANNE SUPERANTIO Equ. & FEDERICO SANUTO. Reformatoribus JO. FRANCISCO PRIOLO Doctore, ZACHARIA SAGREDO, LEONARDO DONATO Eq. inſtauratum Anno 1591.

In ſuprema Ædificii contignatione ſub Inſign.
DUCIS CICONIÆ.

2 SIC INGREDERE, UT TE IPSO QUOTIDIE DOCTIOR, SIC EGREDERE, UT IN DIES PATRIÆ, CHRISTIANÆQUE REIPUBLICÆ, UTILIOR EVADAS. ITA DEMUM GYMNASIUM A TE FELICITER ORNATUM EXISTIMABITUR.
JOANNES CORNELIUS Prætor, &
ANTONIUS PRIOLUS Præfectus,
Anno Salutis M. DC.

In altiori parte dextera in ampla Marmore aurato literis Decumanis.

3 JOAN. BAPTISTA BERNARDO PRÆTOR, ET LEONARDUS MOCENICUS PRÆFECTUS, HANC GYMNASII PARTEM VETUSTATE DEFORMATAM IN MELIOREM FACIEM A' FUNDAMENTIS RESTITUTAM.

Ibidem inferius.

4 ANDREAS MARCELLO Præfecto Juſtitiæ &...... Rect. integerrimo Univerſ. Philoſ. Medic. Patrono tanquam.... & Parenti benigniſſ. P. C. M. DXXXIII.

Ab

Ab hoc non longè.

5 ANDREÆ BERNARDO clariſſ. rebus geſtis Univerſitas ſtudiorum p. 1635.

Ex alio proſpectus latere ſub Stemmate.

6 MARCO ANTONIO MEMMO Patavii Prætore benemerito Artiſtar. Univerſitas anno 1587. p. Eundem ad Principatum electum; reſtaurandum curavit Anno 1613. Antonio Maria Rubeo Ravennate Syndico exiſtente cum Conſiliariis.

Ab hoc non procul.

7 BENEDICTO SUPERANTIO Prætore Anno 1498. PETRUS SUPERANTIUS Pronepos Quæſtor Anno 1575. reſtauravit.

Supra alteram Gymnaſii Januam ad Aquilonem, ſub Leone; Marmor.

8 PETRO LANDO Principe, JO: ANDREA BADUARIO Præt. PHILIPPO THRONO Præfect. SEBASTIANO FUSCARENO Doct. & Eq. ANTONIO SURIANO Doct. & Equ. Reformat. Gymnaſii Patavini reſtaurarunt. Anno M. D XLIII.

Statim in ipſo ingreſſu Atrio, in facie ſuper Epiſtilus duarum ex quatuor ingentium columnarum, quibus totum ferè teſtudinatum fulcitur, ſub Icone B. Mariæ Virginis, Sanctæ Catharinæ Juriſtarum Protectricis, & Sancti Thomæ Aquinatis, Univerſitatis Artiſtar. Protect.

9 SIMULACHRA hæc ſacra pridem fictilia, & injuria temporis labefactata, ac deturpata, FRANCISCUS de RUBEIS Rhetymnenſis Syndic. & Pro-Rect. cunctis Inclytarum Nationum Conſiliariis plaudentibus, marmorea reſtituit.

Ibidem ſub Virginis ſimulacro.

10 D. O. M.

Tutellaribus Gymnaſii Divis Eques Franciſcus Roſſi Rethymenſis Pro Rector, oblatum ſibi honorificentiſſimè monumentum traducem, optim. fœlici diſpendio excitavit. Anno 1671.

Ad dexteram Virginis ſub ſtemmate.

11 ANGELO CORRARIO Præt.

Ad Levam.

FRANCISCO MAUROCENO Præfect.

Sub Epiſtylio columnarum.

12 AUGUSTINO Vidoſio Garzzulenti Dalmat. Synd. J. U. D. & Equiti, ob magiſtratum præclarè geſtum Univer. Jur. p. 1616.

Sub fornice ejuſdem Atrii.

13 FRANCISCO Ciaſſo Raguſino Philoſoph. ac Med. Doct. Univerſitat. Artiſtar. Syndico optimè merito Anno Dom. 1610.

Ad ipſas columnas hinc inde, cum inſignibus Gentilitiis lapide inſculptis.

14 AUGUSTINO Belligotto Nobil. Brix. Syndico ob prudentem, & generoſam adminiſtrationem Univerſitat. Artiſtar. p. 1636.

15 VINCENTIO Nigro Vicentino Syndico, Pro-Rect. Oratori, & Equiti, ob ſplendidam Legationem apud Sereniſs. Venetorum Ducem JOANNEM CORNELIUM memorando Univerſit. Juriſtar. p. 1625.

16 Decora alta Henrici Lindeſaii Nob. Scoti Pro-Rectoris, quem magna virtus ignorantiam recti, & invidiam ſupergreſſa, Principum inclinatione cunctorum ordinum favore ſubnixum, immortalitati commendavit Juris candidati E. P. Anno 1641.

17 DIO-

17 DIONEO Albano Patritio Bergomenſi J. U. Doct. Pro-Rectori, optimè merito Univer. Juriſt. p. 1633.
18 Immortalitati CLEMENTIS Comitis Thienei Synd. CL. I. p. Anno 1626.
19 FERDINANDO Gomez Patritio Romano J. U. D. Pro-Rectori benemerenti Artiſtarum Univerſit. perpetuæ memoriæ p. D. Anno Domini 1633.

PARTE DEXTERA.

20 JACOBO Aſſuero à Blocland. Nob. Amſtelodamenſi Syndico, ac Pro-Rectori meritiſſimo Univer. Artiſtarum perene monumentum p. 1661. ſub picta Effigie.
21 Eximiis meritis FRANCISCI Jamboni Vicentini, Syndici, & Pro-Rectoris digniſſimi Univerſit. Artiſtarum hoc monumentum p. C. Anno Domini 1639.
22 JO: Baptiſtæ Saveto Laudenſi primum Lombardæ Conſiliario, deinde Pro-Syndicum electo Univerſitas Artiſtarum p. Anno Domini 1639.
23 HENRICO Lindeſaio Nob. Scoto, Pro-Rectori cum paucis comparando, cujus induſtriæ, ac dexteritati Veneta Majeſtas primum indulſit, ut Pro-Rectores deinceps eodem ritu, quo proceres, & Nobilia capita Laurea inſignirentur. Juris ſtudioſi B. M. p. Anno Domini 1641.
24 *JULIUS hic CÆSAR licuit quo Præſide tandem*
PACE frui Muſis Paladioque Bovi
Si Bello pacem præfers Martique Minervam
Hic tibi Romuleo Cæſare Major erit.
Sub Effigie Picta. 1661.
25 JO: Conrado Heroldt Nobil. Germano Franco Pro-Rectori, Jureconſult. glorioſiſſimo, qui conſilio labore, legationibus, privilegiis, prærogativis, officio integritatem, amplitudinem, lucem, Pro-Rectoribus tituli firmitatem, ad examen aditum, togam

togam dedit, communi nomine obſtrictam ſuo nomine P. V. Theolog. Medic. & Philoſoph. Patavii anno 1639.

25 LUDOVICO Pimæ Patritio Aſcrivienſi J. U. D. Pro-Rectori optimè merito Univerſ. Juriſtar. P.C. Anno Domini 1635.

26 LUCÆ Quartano Nob. Cretenſi Syndico meritiſſimo Univerſit. Juriſtarum poſ. Anno Domini 1611. *Sub fornice*.

27 Singulares animi Dotes JO. Petri Franchi Nobil. Veron. Syndici magni meriti Univerſit. Juriſtarum. ſic relerebat.

28 GASPARO Severini Hiort Dano, qui dum præcipuæ Europæ Gymnaſia luſtrata ad iſtius regimen Germanicæ Nationis præcibus compulſus Civilis prudentiæ quam undique contraxerat, tale ſpecimen edidit, ut eum in ipſo amando virtutes omnes certarent magnificentia cæteris præſtiterit. Sapientiæ candidati B Monum p. Anno 1666. *Sub Inimagine picta*.

29 DECIO de Monte Vicentino Syndico Univer. Juriſt. hoc meritorum monum. p. C. Anno Dom. 1639.

30 JOSEPHO Cicadæ Lupienſi Almæ Univerſitatis Juris ſtudioſorum Syndico optimo, & benemerentiſſ. poſ. *Sub fornice*.

31 Sub auſpiciis Illuſtriſſ. ac Generoſiſſ. D. D. JOSEPH Libera Tridentini Pro-Rectori Digniſſimo, de anno 1659. ſanè A. T. A.

32 PAOLO Savoldo Brixiano J. U. D. Syndico, & Pro-Rect. benemerito Univerſitas Juriſt. poſ. anno 1603.

33 GEORGIO Lombardo Patritio Cretenſi, Syndico benemer. anno 1548.

34 Comiti MARTIO Capræ Vicentin. Vicario poſ. Univerſit. Juriſtar. anno Domini 1606.

35 LUDOVICO Calino Brixie. Syndico optimè merito Univerſitas Philoſoph. & Medic. p. anno 1615. *Sub fornice*.

36 JO:

37 JO:Baptiſtæ Cudatio Laudenſi Synd. & Pro-Rectori meritiſſimo, Univerſit. Juriſt. P. C. anno 1606.

38 CAROLO Benzonio, qui Romana generoſitate Pro-Rect. immunitatum non ſibi, ſed Gymnaſio aſſeruit. Juris candidati poſ. anno Domini 1640.

Ad perpetuum Reipublicæ Literariæ decus, & ornamentum Quirinus Rhelinger ab Halemberg, & Bernardinus Oliverius Veronenſis ſic F. J. 1640.

Sic jubentibus D. D. GEORGIO Friderico Fromiller à VValdemburg Carinto, & Gregorio Calcina Jadrenſi Anno 1644.

39 Comiti LELIO Angarano Vicentino Pro-Rectori vigilantiſſimo *Aſtreæ* cultores rerum geſtarum memores poſuere anno Domini 1644.

40 PETRO Bonvicino Brixienſi Equiti Philoſophiæ, ac Med. Doct. ac Phil. & Med. V. Rector. V. A. p. 1605.

41 JOSEPH Carraræ Brixiano almæ Univerſit. Artiſtar. Syndico & Pro-Rectori meritiſſimo p. C. anno 1600.

42 ALEXANDRO Puteo Pedemontano ſubſtituto Juriſtarum Univerſitas merito perpetuo J. C. 1588.

43 PAULO Georgio Boym Leopolienſi Polono Philoſ. ac Medic. Doctori Syndico meritiſſim. Artiſtarum Univerſit. p. C. *Sub Stemmate.*

44 ANTONIO Colpano Veronenſi Vicario benemerito Artiſtar. Uniſterſit. p. C.

45 Comiti LÆLIO ab *A*ngarano Vicentino Pro-Rect. Univerſit. Juriſtar. p. C. anno Domini 1644.

46 Comiti GERMANICO ab *A*ngarano Vicentino, quò Pro-Rectore feliciſſima Lælii Fratris redire tempora juſſit æternitas ann. 1646.

47 BERNARDO *A*rnoldo Patritio Vicentino Syndico Univerſit. *A*rtiſt. poſuit anno Dom. 1616. *in fornice.*

48 Perenne florenti gloriæ D. JOANNIS Georgii *A*chamer Vvelſ. *A*rt Phil. Medic. D. D. Theol. Phil. & Medic. Syndic. meritiſſim. hoc Mnemoſſinon grata *A*rtiſt. poſ. Univerſit. anno 1677. *Sub Icone.*

49 HO-

49 HORATIO de Naldis Faventino Syndico benemerito Artiſtar. Univerſit. poſ. anno Domini 1635.

50 Continuo pro gravamine omnia executus JOANNES Guerra Nob. Aſiſienſis, qui præfuit, & profuit omnibus, & generosè ſe geſſit Univerſit. Artiſtar. poſ. 1665.

51 OCTAVIANI Odaſii Patritii Brixiani J. U. D. qui lepidam Gymnaſio ſortem ingentis ſpiritus conſtantia ita addixit, ut ad Aſtream currere, quam Marte corruere maluerit, Atticis virtutibus, Ethicis meritis, Juventus Juriſtarum, non ingrata Servatori ſummè provido Laconiſmum P. ſtatuit anno Jubilæi 1650.

52 Illuſtriſſimo Domino Samueli Slupecki de Conari Domino in Slupcka, & Kſeuca Polo. Rectori digniſſimo, Univerſ. Juriſtarum poſ. anno Domini 1606.

53 FRANCISCO Sancto Magno Nobil. Neapolitano Vicario ſuo benemerito Lanceilotus de Lancellotis Juriſ. Stud. Pro-Rector P. C.

54 HIERONYMO de Sanctis Neapolitano Civitatis Ortonæ Syndico ob Magiſtratum præclarè geſtum Univerſit. Juriſtarum Anno 1617. *Sub fornice.*

55 DIONEO Albano Patritio Bergomenſi Pro-Rectori optimè merito Univerſitas Juriſt. 1633.

56 Singularem generoſitatem animique Dotes LUDOVICI Pimæ Catharreni J. U. D. Syndici, & Pro-Rectoris digniſſimi Juriſt. Univerſit. referebat anno Salutis 1635.

57 Pereni Adoreæ GUIDI Feramuſcæ Comiti Vicentin. Moderationis prudentiæ integritatis exemplis, ultra juventam conſpicui, qui continuata in biennium poteſtate delatis, tertio faſcibus, honore ipſo major, clarior repudiatis, quam ſi recepiſſet, evaſit Juris ſtud. PP. 1649.

Supra Oſtium Auditorii Juriſtarum extra.

58 ALEXANDRO Macradio Nob. Vicentino, quem forma, Imperio, digna liberalitas, privato cenſu expediti conſilii, vis, ætate major, ita ſupra cæteros extulerunt ut ſolertia, & dexteritate ſe ipſo major viſus ſit; nam præ

fervidæ

fervidæ juventutis animos diſcordia tumentes ita circumegit, flexit, ut exturbida tempeſtate, inſperata tranquillitas emerſerit, Juris ſtudioſi Pro-Rectori deſideratiſſimo poſuerunt. Anno negotioſo 1666. *Sub Effigie picta.*

In proximo Auditorio intus ad dexteram.

59 JO: FRIDERICO Furſem Hamburgenſi Pro-Syndic. meritiſſimo, nulli prior, ſecundo ſibi tamen pari hoc gloriæ Monumentum Æternitati, capto à Fœnice gentilitio omine, jurante Juriſtar. Univerſit. N. P. anno 1676.
Sub Effigie.

60 PETRO Polidoro Bernardini F. ex Monte Brandono Piceno Equ. J. U D. ac Rectori per biennium optimè merito Univerſit. Juriſtarum, pace præſtita privilegiis A. J. U. ejus opera conſervatis memor perpetuo D. C. 1579.

61 Illuſtriſſimo D. CAMILLO Hanoallio Nobil. Tarv. Rectori benemer. ſplendoriſque incomparabili Univerſit. Juriſtarum D. T.

62 OTTHONI Gronsfeldio S. R. I. Comiti Pro-Syndico qui cum Germanicum candorem, & Italicam ſolertiam ad Gymnaſii Regimen attuliſſet florentiſſima apud Venetos, preces, gratias, Jura, atque immunitatem in ſtudiis operantiam egregiè tutatas, virum ſummis, & infimis gratia, ac Gymnaſio utilior fuerit incertum reliquit, Juris ſtudioſi B. M. P. anno 1678. *Sub Effigie.*

63 JOANNIS Georgii Lauritz Carinthi V. Syndic. in tantum faſtigium, ac culmen Gentilitii ſui Stematis Alæ flante prudentiæ, virtutiſque culmen evexerunt, ut anima juris peritorum Univerſit. ſigna hæc egregia in gratulabundi animi argumentum inſculpſerit, atque dicarit anno 1670.

64 HERCULES à Salis de Solio Nobilis Rhæt. qui vicem Syndicatus ſumma cum dexteritate, & prudentia obiens maximo cum plauſu meruit glorioſè in Pro-Rectorem acclamari D. M. P. Univerſit. Juriſtar.

65 Illuſtriſſimum, & Generoſiſſimum ANTONIUM Caraneum Nob. Lendinariæ, hæc jactat Imago quam delineavit Fama, erexit gloria, Pro-Rect. adfuit nulli ſecundus, dignus ut imitetur, ut veneretur, ut ejus merita adorentur Syndic. in æternum glorioſiſſimo cujus honor terminat Aſtris. Juriſtarum poſuit Univer. M.DCLXXIV.

Super Exedram.

66 Hic eſt ſpectator NICOLAUS ille de Tonſis, Nob. Vic. Adop. Germanus, Lupiæ Comes, D. D. Juriſtar. Pro-Rector eximius, ac Syndicus; Hic ille eſt omnibus, qui propè Pollens facultatibus cunctorum animas, & animos in æternum ſtrictiſſimè devinxit, qui ſupra ætatem, & prudens, & vigil in gerendis rebus fortunam caliditati ſociavit, & eloquio qui laboribus comparavit, & vigiliis patriæ nomen magnis Avis gloriam, ſtudio pacem, & ſibi morbum, quod niſi tam mortale interceſſiſſet in firmiſſima prorſus Bovem felicitate conſtituiſſet; unde ſi propè vitam pro ſtudentium incolumitate ſacravit, jure merito tanto Viro in Rectorem publicè privatimque deſideratiſſimo Juriſtæ, omnibus dilectiſſimo P. P. anno 1669. *Sub Effigie.*

67 MARCIO Placentino Nob. de Caſt. Franco Chriſtianiſſimi Regis Equiti, qui juveniles annos matura moderatus prudentia maturitatis, ingenii ſui, ac prudentis animi anſam omnibus mirificam præfuit Univerſit. Juriſt. honori, ac gloriæ P. C. anno D. M. T. 1672.

68 CORNELIO de Laher Triſ. Orient. P. Syndico ob res optimè geſtas hæc tanquam triumphalia ornamenta decrevit ac creſcit Univerſit. Juriſt. anno 1673.

69 CHRISTIANO Brun Dano, cui ob formam imperio digram, animique Dotes Regias, præcipuè ſplendorē, & munificentiam, Gymnaſium Patavinum ſuas fortunas commendavit, ejuſque ſedula opera, & providentia triſtiſſima tempora moderare exegit P. R. B. M. juſtitiæ Sacerdotes P. P. 1643.

70 VINCENTIO Nigro Vicentino Syndico, Pro-Rectori,

ri, Oratori, & Equiti. Ob ſplendidam Legationem apud Sereniſſimum Venet. Ducem JO. CORNELIUM memorando Univerſit. Juriſt. 1625. *Sub fornice.*

71 JULIUS ab Aqua Vicentinus Juriſt Rector 1582.

72 JO: JACOB Avinatrius Bergomenſis Syndicus.

73 JO. HIERONYMUS Angaranus Vicentinus Vicarius. *Sub fornice.*

74 PETRUS Davila Cyprius Syndicus.

75 AUGUSTINUS Mario Brunus Veronenſis Vicarius. *Sub fornice.*

76 THOMAS à Scavvenſtat Rector.

77 VERLATUS de Verlati Vicentinus Syndicus.

78 RODULPHUS de Corrubate Rerus Vicar.

79 JO: SARIU Zancoſchius Stanpræfectiſ Polonus Juriſtarum Rector 1564.

80 JO BAPTISTA Pigafetta Vicentinus Vicarius.

Extra auditorium ad dexteram.

81 DECIO de Monte, Vicentino Synd. optimè merito, hic marmoreum in animis marmore perennius monumentum poſ Univ. Juriſtar. Anno Domini 1634. ſic jubentibus Ludovico Pima, & Antonio Policreto J.U.D.

82 JACOBO Comiti ab Oſtrdrog Synd. ben. U. J. P. C.

83 NICOLAO Clericato Vicent. Vicario ben. U J. P. C.

84 GALEATIO Feramuſcæ Nob. Vicentino, qui ſumma cum ejus laude Synd. munus obiit, grata Jur. Univ. anno à Chriſto nato 1621. P. C. *In fornice.*

85 DOMINICO Spinulæ Genuenſi Patritio, Pro-Rectori integerrimo, cujus ingenui mores, ingenua patria, ingenuos honores conciliant, genuinum livoris irrident, quem defatigata ſuſtinendis legibus ſelegit Aſtræa, & quidem juſtiſſimè indefatigati Atlantis onus Hercules debebat ſuffici, ne legum in deteriora haberetur moles exreriti Pat. Juriſt. hoc ævirernum illi amoris authoramentum poſuerunt anno Domini 1642.

86 Inter Tormentorum plauſus, quæ Principis indulgentia ſuis adjunxit honoribus Co: GERMANICUS ab Angarano Vicent. munus depoſuit, minimè dignitatem ſcholarium, quippè privilegia curavit, & auxit Univerſ. Juriv. poſ. anno 1642.

87 Privilegiorum Scholaſticorum acerrimo defenſori, nec non reſtauratori JOANNI Finchio Nobili Anglo, qui faſces ſibi renuenti publica acclamatione delatos, mira animi nobilitate ſingulari moderatione geſſit, hoc tantæ virtutis præmium ſibi adhuc ſubſequente reſtabilivit Pro-Rect. ac Syndico MARION Mariono Nobili Veronenſi regiminis, ac virtutum hærede Anno Salutis 1657.

Sub Marmorea Statua.

88 JOANNI Conrado Heroldt ad Norgoviam Nobili Germano Franco, Syndico, & Pro-Rectori, quia Principe, Senatu, omnibus favore, laude, titulis ornatus, virtute, prudentia, eloquio, conſtantia pluſquam heroica, immunitates, ſplendorem, lauream, Gymnaſio, Officio exterris reparavit, auxit imperavit. Publicus ordo Juriſtarum 1639.

pataVIae antIqUæ ſeU UrbIs, ſeU orbIs. gyMnasII SyndICo sUo.

89 JULIANO Caſtellino Genuenſi Syndico, ob magiſtratum præclarè geſtum Univerſit. Juriſtarum anno 1615.

Sub fornice.

Intus in Auditorio Artiſtarum vicino.

90 FLAMINIO Franciſco Foro-Semproníenſi Philoſophiæ, & Medic. Doctor. per biennium V. Rectori, qui inter cætera immortalia beneficia, Statuta vetuſtate pene collapſa reſtauranda curavit Artiſtar. Univerſitas viro ad commune commodum, & dignitatem nato 1582.

91 Illuſtriſſimus D. D. GEORGIUS Beniaminus Gloxinus Nob. Colmarienſis Alſatus Pro-Syndicus Digniſſimus 1685. Univ. Artiſt. P. *Sub Effigie deſſicienti.*

92 ALOY-

Digitized by Google

92 ALOYSIO Angarano Spoletino Rect. ſplendidiſſimo Jur. Utr. Conſ. Equiti præclaro, generoſo Ill. Rectorar. ſui pondus & inſignia divino pœne decore, ac conſilio gerenti, Inclyta pax infuncto animo defenſata ſtatuta, inſtaurata privilegia, gratiæ hilares, Muſæ geſta hæc canentes, Univerſ. Juriſtarum novam hanc gloriam æternis monumentis excipiens, dicarunt anno 1581.

93 JOANNI Franciſco Lombardo Cretenſi J. U Doct. Equiti, ac Rectori meritiſſimo Univerſit. Juriſt. perpetuo P. C. 1587.

Extra Auditorium ad dexteram.

94 JOANNI Hartmanno Graman. Nobil. Moſcacienſi, ob geſtos cum applauſu ſemeſtrales Conſiliatiatus faſces poſ. I. N. G. A. Anno 1670.

95 JOANNI Camay Alcmaria Batavo Philoſ. & Medic. Doct. Inclyt. Nat. German. Artiſt. Conſiliariatus officio, ſimulque Almæ Univerſitis Pro-Syndicatus per biennium functo Artiſtar. Univerſit. poſuit anno 1667.

96 AMBROSII Auguſti Patritii Bergomenſis Syndici generoſi, diſpendia generoſa hoc amoris compendio reſpondit Univerſit. Juriſt. anno 1636.

97 *Ad conſervandam de Republica hac literaria benemeritorum memoriam, ſic jubilant JOANNES Fiamma Tyrolenſis, & GEORGIUS Gavala Cydonius.*

98 PHILIBERTO Vizanio Patritio Bononienſi Pro-Rectoris, & Syndici munere votis omnium, & ſuffragiis digniſſimo, Univer. Artiſtar. P. C. anno 1642.

99 JOANNI Baptiſtæ Moſt Nobili Salisburgenſi Vice-Syndico digniſſimo, omnibuſque virtutibus excultiſſimo Univerſit. Artiſtarum hoc ſtemma erexit anno 1669.

100 CAROLO Malſperono Nobili Brixienſi Syndico, & Pro-Rectori ſplendidiſſimo ob ſtrenuam adminiſtrationem P. C. Univerſitat. Artiſtar. 1640.

101 LAN-

101 LANCELLOTTO Lancelloto Patritio Auſculano J.C. Equiti aurato, pio, pacifero, ac optimè merito Rectori ſuo, Pontificii, Cæſareique juris ſtudioſorum Univerſitas, gratæ memoriæ atque honoris ergo 1691.

102 JOANN Paleocappa Patritio Cretenſi J. U. Doct. Equiti, ac Rectori meritiſſimo Fil. Illuſtriſſimi Equitis, ac Comitis Palatini D. Georgio Juriſtarum Univerſit. pon. C. anno 1579.

Super Oſtium unde itur ad Portam Aquilonarem, vulgo della Vaca, in amplo Marmore.

103 *ANDREÆ CONTARENO, NICOLAO SAGREDO, PETRO BASADONA D. MARCI PROCURATORES STUDIORUM PRÆSIDIBUS, QUOD LITERARII ORDINIS VOTA SÆCULI SPEM HÆC SECUTURAM REMPUBLICAM EXCELSO ANIMO COMPLEXIT NOVA GYMNASIO DECORA INDULXERINT, EJUSQUE CURA, ET IMMUNITATES PRÆCIPUE ADVERSUS PUBLICANORUM AVIDITATEM, ET RAPACES NUNDINAS PARTA TECTA PRÆSTITERINT, ÆTERNUM OBSTRICTA JUVENTUS, UT QUORUM NOMINA IN PECTORIBUS OMNIUM VIV. SINT IN ORE POSTERIORUM. HOC PIETATIS, ET VENERATIONIS M. P. 1672.*
Pro-Syndico JO. GEORGIO LAURITZ Carnio ex S. Vito.
Pro-Syndico THOMAS OTTO MARQUART Luſaſo Vueſ.

104 VINCENTIO Lomatio Mantuano Phil. & Medic. Doct. Equiti, ac Rectori meritiſſimo Univer. Artiſt. bon. cur. anno 1590.

105 *HIERONYMUS Lombardus Patritius Cretenſis Syndicus.*

106 *DANIEL Luſſignolus Veronenſis Vicarius.*

In

In Atrio ubi Porta Aquilonis, vulgo della Vaca.

107 PHILIPPO de Marle. Pariſienſi Nob. Gallo Juriſtar. Univer. Syndico ſuo benem. poſ.

108 PETRO Buarno Brixien. Syndico, qui memoriam animi grati etiam inſignia Jo. Baptiſtæ Appiani deſideravit Univer. Juriſt. anno Domini 1601.

109 Immortali merito THEODORI Miſtachielli Dalmatæ Pro-Rectoris, ac Syndici munere optimè per functi Univ. D.D. Artiſtarum grata p. 1644.

110 HIERONYMO Parolario Nob. Colonienſi J. U.D. Equiti, ac Juriſtarum per biennium Rectori meritiſſimo ſua Univerſitas P. C. ultimo ſui Rectoratus anno 1598. *apud Thomaſinum fol. 479. num.* 115.

111 PETRO Buarno Brixiano Syndico, & loco Lectori meritiſſimo Univerſit. Juriſt. poſuit anno 1602.

112 SALUSTIO Dioniſio Patritio Veronenſi V. Rectori & J. U. D. digniſſimo Univerſitas Juriſtarum 1600.

113 FRANCISCO Magno Veronenſi V. Rectori Artiſtarum Univerſitas P. C. 1388.

114 PHILIPPO Landi Patritio Cretenſi Synd. benem.

115 NICOLAO Caravello Germ. Patr. Corcyrenſi Vicario benemer.

116 Illuſtriſſimo Domino GEORGIO Duc Dano Equiti, & Domino de Halkier, Pro-Syndico, qui Gymnaſium Pro-Rectore orbatum Germanica fide, ac felicitate adminiſtravit ut nemo caput abeſſe ſenſerit Syndicatus jura, atque immunitates clementiſſimus Princeps confirmaverit, & auxerit Juris ſtudioſi ingenium meritorum exiguum Monumentum p. 1654.

117 ANDREÆ Doria Caſtrofrancienſi J. U. D. Equiti, ac Rectori meritiſſimo Univerſ. Juriſt. perpetuo poni curavit 1585.

118 Studiorum Aſſulæ ſtudiorum Aſylo Pro-Rectori Syndico HORATIO Ploveno Comiti Vicentino verò Rectori Scholaſticorum immunitatum omnium complemen-

ut uno

to uno verbo ſoli gloriæ meritiſſimo Univerſit. Juriſtarum pon. cur. anno 1656.

119 Ut optatiſſimi Pro-Rectoris Com. JACOBI Biſſarii deſiderium Academia minus ferret, & ad prorogandam nominis memoriam Juris ſtudioſi hunc titulum Faſtis adſcripſerunt 1652.

120 Illuſtriſſimo, ac Generoſiſſimo D. D. FRANCISCO Antonio de Golrperg Nob. ad Studium in Carinthia Pro-Syndico meritiſſimo, qui ſumma cum benignitate animos ſtudiorum ita ad ſe traxit ut ſub fœlici regimine totus in Studiis pacificus annus elapſus ſit; ideò ne poſteros ipſius generoſa memoria lateat ipſi hoc monumentum erectum fuit anno Domini 1685. *Sub Effigie picta*.

121 JOANNI Communicauſa Nobili Antuerpiæ, viro Illuſtriſſimo Pro-Rectori, ac Syndico optimè merito hoc grati animi teſtimonium Univerſit. Juriſtar. P. Anno 1681.

Sub Effigie picta.

122 Illuſtriſſimo, ac Generoſiſſimo D. D. GOTHARDO Malenchio Nob. Burmio Rect. Pro-Syndico, in quò prudentia, & dexteritas, ita inter ei certarunt ut Gymnaſio immunitas, & ſplendor juventuti ſublimibus ſtudiis operante otium, & tranquilitas conſtiterit Jur. candid. benemer. p. Anno 1685. *Sub Icone picta*.

Intus in Auditorio Juriſtarum in eodem Atrio.

123 Illuſtriſſimo, ac Generoſiſſimo D. FRANCISCO Simoni Mandacher Nobili Rauraco, qui præter alia virturum decoramenta præditus fuit ſpiritu magnanimo, qui dignitate majorem ſe videre non poterat: ideò nec vicem Syndicatum antea quieſcens dum in Syndicum digniſſimè electus eſt, & ne gloria ejus inter ſubſequentes obmuteſcat hæc ſtatua ad immortalem ejus honorem erecta eſt anno 1685. *Sub Immagine picta*.

124 Illuſtriſſimo, ac Generoſiſſimo D. PETRO Scorn

Nob.

Nob. Colonienſi Agrippæ Pro-Syndico, qui Gymnaſii gubernaculi admotos, inter cœli pelagique minas motos fluctus non ſemel compoſuit, atque ita curſum inſtituit, ut ſcopulos & cæca vada præter vectus, inter laudes grateſque incolumitate patte ſubierit. Juris candid. benemer. poſ. Anno 1679. *Sub picta Effig.*

Ut autem ad Principem Archilycei Januam Occidentalem, revertamur, à ſiniſtra parte ſtatim poſt ingreſſum altius in pariete legitur.

Ad immortale de Republica Literaria benemeritorum decus, & ornamentum. P. J.

SEVERINUS Joannes Benzoni Danus.

ALPHONSUS Vernius Fortuna Regienſis. Aſſeſſores.

125 CARLO Benzonio, in quo nil non humanum ſed genere moribus virtutibus, claro, magnanimo inclyto Juriſtarum Syndico, Pro-Rectori munificentiſſimo nationes univerſæ.

126 PETRO Alzano Patritio Bergomenſi J. C. atque Equiti aurato, quod concordiam publicè, privatimque conſtituerit, Jura retinuerit, veterum dignitatem perpetuo vitæ ſplendore renovarit, juris ſtudioſorum Univerſitas Rectori optimè merito P. C. 1592.

127 Egregiæ virtuti THEODORI Muſtachieli Jadrenſi, Pro-Rect. meritiſſ., quod malignorum ſupergreſſus invidiam exardeſcente Mercurii ſiniſtri dexteritate provida teparavit. Naturalis, myſticæque ſapientiæ candidati anno 1640.

128 SIMEONI Difnico Sicenſi J. U. Doct. redintegrato Gymnaſio à vectigalibus immunitate. Univerſit. Artiſtar. anno 1635.

129 PHILIBERTO Vizzanio Patritio Bononienſi, qui Caroli Emmanuelis Fratris magni Philoſophi ſtudium, & obſervantiam in Rempublicam æmulatus Gymnaſii re-

gimen adeptus cum fratre paria fecit, ut ille præceptis ſapientiæ juventa excoleret, hic dexrè, ac liberaliter obeundo Academiæ jura, atque immunitatem tueretur, Phil. ac Medic. Pro-Rectori benemer. p. anno 1642.

130 JOANNI Columbano Nob. Bruxellenſi Pro-Rectori, quem non ſors, ſed fatalis omnium conſenſus priſtinæ dignitatis vindicem fortiſſimum adſcivit ex Belgio. hoc marmoreum monum: grato animo, ſi minus mentis haud impar Univet. Attiſt. poſ. anno 1641.

131 ALOYSIO Longhenæ J. U. D. Patritio Brixiano, qui nobili manſuetudinis, & gravitatis temperamento ita amatus eſt, ut cunctis venerationi fuerit. Artium, & diſciplinarum cultores P. R. B M. P. 1650.

132 AMBROSII Auguſti Patritii Bergomenſis in difficillimis Gymnaſii temporibus Syndici, optimam cujus adminiſtrationem optavit perennare anguſtiis pro merita anguſto nimis lapide teſtatur Univerſitas Juriſtar. Anno Domini 1635.

133 HIERONYMUS Arduinus Nob. Piſaurienſis Syndicus Artiſtarum, ac Pro-Rectoris titulum aſſecutus, anno 1639.

134 THOMAS Montanus Patritius Piſaurienſis Conſiliarius Anconitanæ deinde in Pro-Syndicum electus 1639.

135 PAULO de Aurificis Nob. Faventino ſanguine, & faſcibus claro, ac incomparabili viro omnibus ſæculis invidenda hoc obſequii Mnemoſinon Univer. Artiſt. Cætus D & C. anno 1660.

136 JACOBO Calichiopulo Rethymenſi Phil. & Med. D. Pro-Rector. & Syndico meritiſſimo Univerſ. Artiſtarum. P. C. anno 1643.

137 JOCOBO Calichiopulo Rethymenſi, quem fruſtra obluctanne virtutis æmulæ conatu repulſæ, neſcia ſordidæ virrus ad Syndicatus faſtigium evexit, ſpectata tempore difficili, felix dexteritas ſpectabilem reddidit Pro-Rector. optimè merito Philoſophorum Univerſit. memorum obſequii perenne teſtimonium P. 1643.

138 MAT-

138 MATTHIÆ Jacobæo Ripenſi Dano Philoſ. & Med. Doct. Syndic. & Pro-Rectori cum aſſeſſoribus V. P. 1597.
139 LUDOVICO Evano Britanno Equiti, & Rectori digniſſimo Univerſ. Juriſtarum. P. C. 1605.
140 DOMINICO Ferrario Leodenarienſi Equ. & Pro-Rectori, ut prudenter honorificè feliciter, geſti magiſtratus memoria perennaret Univerſ. Juriſtarum. P. C. Anno Domini 1630.
141 *RICARDO Vvillobeo Anglo Vicario benem. U. J. P. C.*
142 PROSPER Quadrius Pontens Vulturenus Syndicus optimè merito Univerſit. Juriſtar. P. Anno Domini 1613.

Sub fornice.

143 Comiti HORATIO Godo Vicentino Syndico Univerſ. Juriſt. poſ. 1627.
144 JACOBUS Viſcher Patrit. Amſtelobatavi Artiſtar. Univ. P. anno 1670. Pro-Syndico.
145 ANTONIO Mariæ Rubeo Nob. Ravennati, ac inter Illuſtres Italiæ Familias nato, Philoſ. & Med. Syndico digniſſimo, & optimè merito Artiſt. Univerſit. Publ. Stat. *Sub fornice.* Anno à Nativitate Domini 1613.
146 JOANNI Gaſparo Sparr Nob. Francofurtenſi, non tam generis claritate, quam virtutum fulgore præſtantiſſimo, qui Artiſtarum nomine legationem ad Sereniſſimum NICOLAUM SAGREDUM Venetorum Ducem perfunctus, Equeſtri dignitate publico decreto donatus eſt, cujus oris dignitatem aures mores, induſtriam invigilantiam nemo unquam ſatis expreſſerit. ANTONIUS Lorenzoni Aſseſſor J. U. D. P. C. 1675. *Sub Effigie.*
147 Auguſtæ virtutis Hæroi ampliſſimo Pro-Rectori DANIELI Blankio Dantiſcano, cujus gentilitia marmore ſtemmata inclyta geſtorum fama cominantur ſapientes Aſclepiadæ 1645.

Almæ Univerſit. DD. Conſiliariorum perenne decus marmoreis ſtemmatibus pro meritis expreſſum P. C.
D.D. Aſſeſſores JOANNES Gaſparo Vuſtag Cremolus, GABRIEL Milanus Rhodiginus Philoſoph. & Medic. Doctor.

148 ANTONIO Ciro Bergomi J. U. D. Equiti, ac Pro-Rectori meritiſſimo Univerſitas Juriſtarum poſuit, Anno Domini 1642.

149 *GUIDONI Pacello Vicentino Vicario meritiſſimo Univerſit. Juriſt. perpetuo P. C. 1593.*

150 MATTHÆO Smoc Lecki Polono Syndico meritiſſimo Univerſ. Juriſtarum P. C. 1593.

151 DOMINICO Spinulæ Rochæ Fortis Patritio Genuenſi Pro-Rectori meritiſſimo Univerſit. Juriſtar. poſuit, Anno Domini 1642.

152 JO: RAYMUNDO à Lamberg L. P. P. R. optimè merito Univerſ. Juriſtar. P. Anno Domini 1645.

153 NICOLAO de Tonſo Nob. Vic. adoptioni Germ. Lupiæ Comiti, Juriſt. Pro-Rectori, ac Syndico, facundiæ, liberalitate, animi magnitudine, dexteritate, ac rebus geſtis incompoſſibilitate ipſa ſubſtulit, quis cum ſpe, & effectu, quod mirum eſt, non tantùm quos æmulos non patiebatur, & æmulatus valet, ipſis tenebras obduxit ſuperando, Juriſtarum animi memores charitum ac Muſarum filioque ſuo ad tutellam in hoc Palladio P. P. *1669.*

154 VINCENTIO Lomatio Mantuano Philoſ. ac Med. Doct. Equiti, ac Rectori meritiſſimo Univerſ. Artiſtarum P. Cur. anno 1590.

155 TAFFELLIO Taffellio Veronenſi Equ. Divi Marci J. U. Doct. Syndico meritiſſimo Univerſitas Juriſtarum. Anno Domini 1619.

156 JO: FRANCISCO Gheſſino Patritio Vicentino, Syndico optimè merito Juriſt. Univerſit. æternæ memoriæ monumentum locavit anno à Chriſto nato 1622.

157 Virtute invidiam ſupergreſſ. avitæ virtutis, æmulatione digna, Aſtreæ ſobol: Juriſtarum Pro-Rector, ac Syndicus Regis Chriſtianiſſimi Eques MARCIUS Placentinus Nobilis Caſtro-Franco. Marcia generoſitate, intemerata moderatione martiales juventutes componendo animos mutum hoc animavit ſignum, Mnemoſinon mentis perennaturum Nobiliſſim. Juriſtarum Univerſitat. erexit,

Anno

Anno Salutis 1670.
158 HENRICO Guillelmo Er ...... Eſchembach Patritio Norimbergenſi Pro-Syndico meritiſſimo hanc vigilantiæ ſuæ memoriam Juriſtar. Univerſit. M. P. anno 1673.

Nunc regreſſi ad Schallas, quæ ad ſuperius ambulacrum ducunt, primo occurrunt inſcriptiones, quæ ad dexteram.

159 JO: PAULO Ubaldino Muglenſi Equiti, ac Rectori meritiſſimo Pon. Cur. anno 1589.
160 *HENRICO Edembergen Haſſo Ultram. Conſil. & Aſſeſſ.*
161 *MARCO Antonio Capaſanta Vicen. Tarv. Conſil. & Aſſ.*
162 JACOBO de Grandis Ver. Philoſ. & Medic. Doct. Syndico, & Pro-Rectori cum Aſſeſſoribus V. P. 1597.
163 MARIO Bevilaqua Saloenſi Doctori, Syndico, & loco Rectori cum Aſſeſſoribus meritiſſim. V. P. A. 1695.
164 *JO. JACOBO de Grandis Ver. Lomb. Conſil. & Aſſeſſ.*
165 *ABRAHAM Sandeib Sileſius Thuſcha Conſil. & Aſſeſſ.*
166 JO: ANTONIO Sedabono Veron. Lombardæ Conſiliar. deinde in Pro-Syndicum electo Univerſit. Artiſtar. poſ. anno 1636.
167 PETRO Antonini Meſulcinenſi Rhæato Philoſ. & Medicinæ Doct. Syndico ſuo æternæ meritorum, & honorum memoriæ Univerſit. Artiſtarum poſ. anno 1636.
168 Pro-Rectoris, & Syndici Generoſiſſimi JULII Cæſaris de Pace Nob. Salodienſis, virtutes eximias admiratione potius, quam verbis commendandas exiſtimavit, Univerſit. Artiſtar. anno Domini 1661.
169 JOANNI Sebaſtiano Zolt, Hoffemburgenſi Phil. & Med. Doct. Syndico meritiſſimo Univer. Phil. & Medic. poſ. anno Domini 1621. *Sub fornice.*
170 *BERNARDINO Nicolino Lucenſi Vic. A U. P. Sub forni*
171 SAMUELI Geuſuſio à Longelo s Auſtriaco Pro-Rectori digniſſimo Univerſ. Artiſtarum P. C. anno 1617. *Sub fornice.*

172 LI-

171 LIVIO Sordono Nob. Auximano Syndico optimè merito Univerſit. Philoſoph. & Medic. poſuit anno 1617.

Sub fornice.

173 EUSTACHIO Patelaro Patr. Cretenſi Philoſop. & Medic. Doctori Syndico, & Pro-Rectori cum Aſſeſſoribus Univerſit. Art. P. M. 1607.

174 ANTONIO Savoldo Brixiano Syndico loco Rectoris deficientis cum Aſſeſſoribus benemerito Univerſit. Artiſtarum 1595.

175 MATTHIÆ Jacobæo Ripenſi Dano Ultramontan. Conſiliar. Aſſeſſori 1695.

176 ACHILI Machiavello Vicentino Marchiæ Tarviſ. Conſiliar. ac Aſſeſſori digniſſimo.

Ad Scallas Septemtrionem verſus in parte ſiniſtra.

In ſuperiori limine Portæ, quæ ad ſuperius ambulacrum ducit.

DELPHINUS DELPHINO Prætor juſtiſſimus.
MATTHÆUS DANDULUS Præfect.

177 JACOBO Savoiano Patr. Naupliensi Equ. præſtantiſſimo Philoſophorum, Medicorumque Pro-Rectore, mox ob conſpicua merita Rectori digniſſim. 1587.

HIERONYMUS Lombardo Cretenſis Vicarius, & Conſiliar.
ABRAHAM Cloterius Auguſtanus Sapiens.

178 NICOLAO Benzono Randraſio Dano Equ. aurato Pro-Rectori, ac Syndico, qui crebertimis Legationibus apud Sereniſſimam Rempublicam Venetam Lycei dignitatem, immunitatemque redintegravit, & provexit, Univ. Theolog. Philoſoph. & Medic. grata poſ. Kal. Aug. anno 1637.

179 JOANNI Columbano Bruxellenſi Pro-Rectori, qui verè Belgica fortitudine, quidem & muneris, & Gymnaſii decus exegit ex invidia gloriam ſibi cumulavit ex S. C. ad tuendas immunitates, dilcernendos curavit magiſtratus,

Digitized by Google

giſtratus, leges, pœnas, quas etiam ſuo libentius damno, quam alieno primus vidit expenſas, & primus jam diu multis ambitam Rectorum laudem priſtino ritu, parique merito ſibi, & ſucceſſoribus obtinuit, utque omnem ex antiqua lite prærogativam aſeruit, ita nil optandum reliquit, quam ſui ſimilem, Pro-Rector. Univerſit. Artiſtar. E. M. Anno 1641.

180 JO: GEORGIO Nocſ'er Nob. Norimbergenſi Syndico, ac Pro-Rectori digniſſimo vitæ, & morum integritate omnium præſtantiſſimo Univerſit. Artiſtarum P. C. anno 1664.

In Regimine iſtius erat Conſiliar. Primus Inclyt. Nation. Ultramarinæ D. Alexander Maurocordatus, nunc Magnus Conſiliarius Imperatoris Turcorum.

181 D. ALEXANDER Maurocordatus Conſtantinopolitanus Conſ. Phil. & Medic. Doctor. *Fuit hic vir inſignis meus in philoſophicis diſciplinis auditor.*

182 FRANCISCO Tornonio Apul. Maſſinenſi Equiti Phil. & Medic. Laureato Rect. magnificentiſſimo Univerſitas 1604.

183 *FLORIANUS Clodius Cretenſis Syndicus.*

184 *DIONISIUS Corona Tarviſinus Vicarius.*

185 Comiti FRANCISCO Tieneo Vicentino Syndico, Univerſit. Juriſtarum benem. 1612 *Sub formee.*

186 PETRUS Macciolinus Maphalus Bergom. J. U. D. & Eques, ac Univerſit. Juriſtarum Rector 1562.

187 *Hic adſunt inſignia memorabilium Virorum Medicinæ, & Anatomiæ Luminum. GABRIELIS Fallopii, & HIERONYMI Fracaſtorii, qui tunc temporis erant Conſiliar. Anatomiæ.*

188 Equ. RAYMUNDO Lupati Nob. Rhodigino adoptione Germano, qui Nobilium Avorum Monumentis Patavii exiſtentibus excitatus in Patavini Archigymnaſii regimine dignum eterno monumento ſe præſtitit, Privilegiorum Statutorum, & immunitatum Aſſertori, & Cuſtodi vigilantiſſimo Aſclepiadæ unanimi votorum conſenſu anno 1658. *Sub Effigie deſſicienti.*

19 JOANNI Guerra Nob. Aſilienſi Pro-Rectori, ac

Syn-

bili admirando publicæ libertatis vero vindici grata Univerſit. Juriſtarum poſ. 1637.

198 Pro-Rectore optime merito JACOBO Biſſario Vicentino Com. Coſtæ Fabricæ, & Caſtri Novi, ob Gymnaſii regimen præclarè geſtum. Univerſ. Juriſtarum. 1652.

Sub Statua.

199 Comiti POMPEIO Capræ Vicentino Syndico, & Pro-Rect. Univerſit. Juriſt. benem. 1604.

200 JOANNES Veſlingius Mindanus Eques Hieroſol. Anatomiæ, & Chirurgiæ Prof. primarius 1636. *Sub formce.*

201 M. D. LUDOVICUS Buzzacbarinus Perbulenſis Illuſtriſſimi Senatus Veneti Eques Auratus, anno Domini 1546. Philoſophorum, Medicorum Gymnaſii Patavini, Rector, ad perpetuam memoriam.

202 BONAVENTURÆ Ferrario Utin. Equiti D. Marci Anatomiæ, & Chirurgiæ Profeſſori Ordinar. Univerſitat. Artiſtarum. G. A. poſ. 1638.

Supra Oſtium Theatri Anatomici.

203 *THEATRUM ANATOMICUM, JUSTINIANO JUSTINIANO PRÆTORE, NICOLAO GUSSONO PRÆFECTO, JOANNE SUPERANTIO EQUITE, MARINO GRIMANO EQUITE, ET DIVI MARCI PROCURATOR. LEONARDO DONATO EQUITE, ET DIVI MARCI PROCURATOR. GYMNASII MODERATORIBUS M.D.LXXXXIV.*

Ibidem.

204 *HIERONYMO FABRITIO AB AQUAPENDENTE XXX. JAM ANNOS ANATOM. PROFESSORE.*

Intus in ipſo Theatro Anatomico.

Statim in Ingreſſu ad dextram.

205 ADRIANUS Spighellius Bruxellenſ. Anatomiæ, & Chirurgiæ Profeſſ. Primarius.

Anatomes Procuratoribus Anno 1622.

JOANNES Gernerus Ulmarenſis Palatinus.

GEORGIUS Leſegnanus Cretenſis.

Anatomiſtis Univerſitas. Anno Domini M. DC IV.

206 FRANCISCUS Tornonius M. A. R. Apulus Rector Artiſtarum.

207 HIERONYMUS Fabritius ab Aquapendente Supraordinarius.

PETRUS Quallioius Brix.

PAULUS Georgius Boym Leopolienſis Polonus.

JO. ANDREAS de Locatellis, de Lanzis Bergomenſis.

---

208 PATRITIUS Plazzonus Patavinus in Progymnaſio Publicus, & Ordinarius Anatomicus.

---

209 Sub felicibus Auſpiciis D. D. JULII Cæſaris Friderici Syndici Artiſtarum meritiſſimi. Perilluſtri, ac Eccellentiſſimo D. HIERONYMO Fabritio ab Aquapendente per XXXVIII. annos Anatomiæ ſumma cum laude profitente.

ALEXANDER Budinus Mediolanenſ. Doct. Anatom. Procurator. Anno 1600.

MATTHÆUS Cavus Bergomenſ. Doct. Med. Phil. Anatom. Procurator. Anno 1620.

Anatomiſtis Inſignem ob eorum vigilantiam, ac laborem B. V. P. C. Anno à Domini Nativitate M. DCVI.

210 DOMINICUS Monteſaurus Veronenſis Syndicus, & Pro-Rector meritiſſimus.

211 Hie-

211 HIERONYMUS Fabritius ab Aquapendente Supraordinarius.

FRANCISCUS Cereolus Veronenſ.
JACOBUS Salomon Creſenſis.
BERNARDUS Langues Hamburgenſis Anatomis.

In Interiori cubiculo, ubi Anatomen adminiſtrant.

ADRIANUS Spighelius Bruxellenſis Anatomes, & Chirurgiæ Profeſſor Primarius.

Anatomes Procuratoribus Anno M. D C XIX.
JOSEPH Cebetinus Schledenſis Vicentinus Phil. & Med. Doct.
JOANNES Anſelmus Patritius Antuerpienſis Ph. & Med. D.

Idem Profeſſor.

Anatomes Procuratoribus. Anno M. D C XXI.
GEORGIUS Spadon Carinth. Vel Ramakpſenſis Ph. Med. D.
FRANCISCUS Capra Vicentinus.

---

212 Ingenio, & dexteritati JOANNIS Veslingis Mindani Equitis Hieroſolymitani, Anatomiæ, & Chirurgiæ Profeſſor. primar. æternitatis monumentum Univerſitas Artiſtarum, anno Domini 1638.

JO. BAPTISTA Avogradius Brixienſis Anotom. Conſiliar. Philoſoph. & Medic. Doct.
PAULUS Mollerus Vilna Lituanus Phil. & Med. Doct. 1638.

---

213 FRANCISCUS Plazonus Patavinus in Patrio Gymnaſio Publicus, & Ordinarius Anatomicus.

Tot poſt Anatomes ſublimia lumina primum
PLAZZONUM dedit his Urbs Patavina Scholis.

BERNARDINUS Linguues Hamburgenſis Anatomis.
GULIELMUS Tencatus Vicentinus Anatomis.

Extra Theatrum proximo Auditorio ad dexteram.

214 PETRO Marchetto, Chirurgiæ, atque Anatomiæ Profeſſori eximio, in quo Fabricii ab Aquapendente præceptoris genium revixiſſe Sophiæ, ac Medicinæ ſacris initiata juventus ſibi, ac ſæculo gratulatur, Philiberto Vizzanio Patritio Bononienſi, Pro-Rectore digniſſimo. Univerſitas Artiſtarum anno 1642. poſuit.
215 Adoleſcenti eximio ROBERTO Napeiro Nobili Angl. qui Athenæi Patavini regimine, ut peſſimat ſurialesfurias, ne feriant, & furiant immortales Juſtitiæ habennas non frenavit, ſed ſtrinxit, Archilyceum Artiſtar. hæc inſignia ſtraxit 1662.
216 ALOYSIO Longheræ J.U.D. Patritio Brixiano, cujus candidi mores obvia comitas, pertinax decumetis benemerendi ſtudium, incertum eſt, pluſne dignationis magiſtratui dederint, quam acceperint Artium, & diſciplinarum ſtudioſi. Pro-Rectori ſemper expetendo P. P.
217 ADAMO Henningo Frauſtadio Sileſio Pat. Gymnaſ. Syndico, & Pro-Rectori meritiſſimo, Philoſ. ac Med. Cœtus poſ. anno 1647.
218 Immortali nomini NICOLAI Benzoni Randtuſio Dani, D. Marci Equ. aurato, Pro-Rectori prudentiſſimo. Univerſitas Theolog. Philoſ. & Medic. poſ. Kal. Auguſti, anno 1637.
219 JULIO Cæſari Federico Brixiano Syndico, & Pro-Rectori meritiſſimo Philoſoph. & Medic. Doct. Univerſit. Artiſtarum pon. cur. anno 1601.
220 JOANNI Heritio Tranſilvano Syndico meritiſſimo, Artiſtarum Univerſit. poſ. anno 1591.

Supra Oſtium proximi Auditorii.

Inclytæ Philoſophorum, Medicorumque Academiæ Inſignia.

Intus

Google

Intus in Auditorio ad dexteram.

221 JO: ANDREÆ Keperniager Nob. Carniolo Labacenſi I. N. G. A. Conſil. Almæque Univerſit. Pro-Syndico meritiſſimo, grata I. D. D. Theolog. Medic. Philoſoph. Univerſit. Artiſt. poſuit anno 1678.

222 Illuſtriſſimo, ac Generoſiſſimo D. D. JOANNI Georgio Scarpateto de Vardevegen Nob. Rheroſupraſem. Syndico, & Pro-Rector. optime merito æternam rei memoriam poſuit anno 1679.

223 Illuſtriſſimo, ac Generoſiſſimo D. D. FRANCISCO Jacobo Ciſati Nob. Lucern. Alm. Uni. Artiſtar. Pro-Syndico, ac Pro-Rectori, hoc glorioſiſſ. ſui regiminis monumentum, grata Univerſit. Artiſtarum poſuit.

224 Siſte, & magnanimitatis ſimulacrum venerare Viator, ſi materiam ſpectas marmor eſt virtutum omnium exemplar, ſi formam ſuſcipis ANDREÆ Zanini Maroſticenſis Artiſtarum Pro-Rect. effigies eſt, ſolum nomen ſummi Elogii menſura implet. *Sub Stemmate.*

225 JOANNI de Flammending Francofurtenſi ad Moan. D. Marci Equiti meritiſſ. totiuſque Academiæ Theol. Philoſoph. & Medic. Pro-Rectori digniſſimo, Univerſitas Artiſtarum anno 1674.

226 SIMONI Co[illegible] Patritio Hamburgenſi in Alma Univerſit. D. D. Theolog. Medic. & Philoſoph. Pro-Syndico meritiſſimo, in obſequentis ſimulacrum amoris, & comparatæ gloriæ monumentum perenne eadem Univerſitas poſuit anno 1670.

227 THOMAS Otho Marquart Zuſato Veſtphalus, qui tam benè Almæ hujus Univerſitatis Artiſtarum Vice-Syndici partes implevit, ut perenne hoc monumentum meruerit, anno 1672.

228 ASSUERO Jacobo Abloklandt Nobili Amſtellodamenſi Philoſoph. & Medic. Doct. Syndico meritiſſimo, Univerſ. Artiſtarum, perenne monumentum anno 1659.

229 Illuſtriſſimo, ac Generoſiſſimo D. JOANNI Paolo

Qualiz-

Qualizza Carniolo Labacenſi, Pro-Syndico meritiſſimo, qui hujus Archilycei immunitatem, & privilegia utroque Numero cum Atlante ſuſtinuit, ne præclarè geſtorum fama occaſu ſuo corrumpatur, eam ut materiæ ſoliditas effugiat mortalitatem, pleno lumine perpetuò orientem, gratitudinis ergo lapide inſculpſit. Univerſitas Artiſtarum. anno 1665.

230 Perenni gloriæ, & perpetuæ poſteritatis memoriæ Illuſtriſſimi, ac Generoſiſſimi D. D. JACOBI de Platis Veron. Nob. Bergom. hoc grati animi teſtimonium D. D. Theologorum, Philoſophorum, & Medicorum Aſſeſſorum diligentia P. anno reparatæ Salutis 1681. *Sub Effigie.*

231 Parvum hoc, ſed maximè induſtriæ, & Italicæ ſolertiæ perpetuum monumentum Illuſtriſſimo, & Generoſiſſimo D. D. JOANNI Schilingio Onoldino Franco, Pro-Syndico optimè merito. Alma Theolog. Philoſ. & Medic. Univerſitas poſ. anno 1680.

Extra Auditorium ad dexteram.

232 Optimæ adminiſtrationi Syndici CÆSARIS Fenaroli Nob. Brix. Univerſ. Artiſtarum anno 1627. *Sub forma.*

233 Comiti CAROLO Canoſsa Regienſi, ob dignam ſua nobilitate Syndicatus adminiſtrationem V. P.

234 MATTHÆO Ureto Cretenſi Philoſ. & Med. Doct. Syndico meritiſſimo, Univerſit. Juriſtarum P. C. 1609.

235 Mnemoſſinon viri Illuſtriſſimi, ac Generoſiſſimi D. D. BLASII Bartolini Nob. Veron. immortalitati erectum, grata Artiſtarum Univerſit. A. anno Salutis 1665. P.

236 PAULO de Aurificis Nob. Faventino Scholaſticarum immunitatum Aſsertori vigilantiſſimo, in quo prudentia nobilitati par, ætate ſuperior, qui delatas Gymnaſii faſces ea animi ſolertia rexit, ut magiſtratus virum oſtenderit, literariæ etiam tranquillitatis auctori, & vindici optimo, ſub quo nulla ferocientis juventutis ſeditio,

nullus

nullus armorum, tumultus muſarum choris obſtrepuit digno vel maximè qui nunquam imperium deponeret, vel à quò cæteri Regiminis arte addiſcant, univerſus Aſclepiadarum Cœtus Pro-Rector. meritiſſimo, poſ. anno 1659.

237 FRANCISCO Ignatio Thirmair Monacenſi Bavaro, Philoſoph. ac Medic. Doct. Syndico, ac Pro-Rect. Glorioſiſſimo, quod Magiſtratum ea, qua promeruerat conſtantia adminiſtraverit ſingulari gravitate, ac prudentia Studii adauxerit majeſtatem, hoc monumentum erigi juſſit, anno 1651.

238 Immortali merito JOANNI Lehner Ratisbonenſis Pro-Syndici dignis ob incomparabilem aſſiduitatem indeſeſſumque ſtudium, quo Reipublicæ Literariæ bono conſuluit monumentum hoc poni curavit, Univerſitas Artiſtarum anno 1651.

239 Pro-Rectoris Optimi Integerrimi Equitis RAYMUNDI Lupati Nobilis Rhodigini, adopr. Germani, alta decora Theologorum, Philoſophorum, & Medicorum Univerſit. venerabunda deviĉtiſſima erexit, anno D. 1659.

240 NICOLAO Petronio Caldana Pyrranenſi, Theologorum, Philoſophorum, ac Medicor. Pro-Rectori digniſſimo, qui antequam votis, cunctorum vocibus fuit optatus, electus inſueto magnificentiæ ſplendore, integro ſui officii anno Patavii moratus, utriuſque Univerſitatis occurſantia munia prudenter ſuſtinuit, utriuſque facultatis mirificè inſtructus, Doctorali ferro in utraque triumphavit, ſtauta celſo animo digeſſit, auxit recudere: curravit in ævum omne optandus, U. A. poſ. anno 1654.

241 Jurium omnium, immunitatum hac uni Glorioſo Servatori FRANCISCO Cimæ Berg. ſupra genium ſæculi claro, qui ne ingens ſibi conceſſum depoſitum quid detrimenti cogeret publicis privata condonans, vel ſummorum titulorum contemptum cavit, Univerſ. Artiſtarum.

242 NICOLAO Quirino Cretenſi, Philoſoph. & Med. Doct. Syndico, & Pro-Rectori digniſſimo, Univerſitas Artiſtarum pon. cur. anno 1603.

243 Po-

243 Poſteritati dignitatem præclaram, majorem vigilantiam benemerita ſumma GEORGII Hilmari Cratzmani Lubeburgenſis Pro-Rectoris optimi hoc marmore commendant Philoſoph. & Medic. anno 1653.

Supra Auditorii Oſtium.

244 GEORGIO Pipano Cracovienſi Polono Equiti aurato, Philoſoph. & Med. Doctori, earundem Facultatum in hoc Gymnaſio Rectori optimè merito, Univerſitas ſua poſuit, anno 1594.

Intra Auditorium ipſum.

245 ANTONIO Savoldo Brixiano Syndico loco Rectoris deficienti cum Aſſeſſor. benemerito Univerſit. Artiſtarum, anno 1595.

246 Illuſtriſſimo D. D. FRANCISCO Xaverio Vuinehim Pro-Syndico digniſſimo, Univerſ. Artiſtarum poſuit anno 1683.

Extra Auditorium ad dexteram.

247 ARNOLDO Condevyno Tranſilvano Daventrienſi Pro-Rectoris, ac Syndico meritiſſimo, cui nil magis curæ, quam ſtudioſum cultus, & Gymnaſii bonum, Phil. ac Med. Doct. Artiſtarum Univerſ. 1655.

248 BLASIUS Bartolino Nobil. Veron. qui ingenti expectatione acclamatus Pro-Rector, & Syndicus prudenter omnia exequutus, traditum ſibi Privilegiorum, jus firmavit ſumpto quinquennio levavit erarium, cujus rationibus accurratè expendendis, futuro conſuluit argumento depoſitas, Pro-Rectorum memorias erexit, ac

generosè

generoſè ſe geſſit, grata Artiſtarum Univerſitas poſuit, anno 1665. *Sub Effigie.*

249 OCTAVIANO Odaſio, Patritio Brixiano J.U.D. cujus in virtute ob ſalutarem Gymnaſii dignationem, majeſtas, & amor, & pax oſculatæ ſunt, in lapide Laconiſmum atticis promeritis imparem; gratus legulexorum cœtus ſervatori beneficientiſſimo Pro-Rectori enixè colendo St. P. C. anno Jubilæi 1650.

Fuit Urbis Bartolinus nobilis, pietate, ac doctrina clarus, mens in philoſophicis diſciplinis auditor.

250 DOMINICO Monthesauro Veronenſis, Syndico benemerito, Philoſ. & Medic. Doct. Univerſit. Artiſtarum poſuit, anno 1606.

QUINTO Barignano Brix. Syndico benemer. Univ. Juriſt. P. C.

251 SEBASTIANO Ragona Vicemino Comiti Palatino anno Domini 1649. hujus Almæ Univerſitatis D. D. Juriſtarum Rectoris hoc monumentum in temporis ſeveritate delectum, in gratiam D. D. Comitum Auguſtini, Sebaſtiani, & Antonii Mariæ Fratrum Ragona ejuſdem trinepotum Univerſ. DD. Juriſt. inſtaurandum curavit, anno Domini 1652.

252 CHRISTIANO Brun Dano Pro-Rectori Principis benevolentia omnium ordinum flagrantiſſimis ſtudiis ſemper bene uſo Aſtreæ cultores P. P. 1643.

GEORGIUS Moſchius Lipſienſis.

D. JACOBUS Guidotius Tarviſinus.

253 AUGUSTINO Belligoto Nobil. Brixienſi Syndico, ob prudentem, & generoſam adminiſtrationem, Univerſitas Artiſt. anno Domini 1626. *Sub formce.*

254 M. ANTONIUS Vreav. Preſcrit. Pariſienſis, Almæ Univer. Juriſt. Syndicus optimus, & benemeritus, poſuit, anno Domini 1623. *Sub formce.*

255 ADAMO Henningo Frauſtadio Sileſio Pro-Rectori, cujus probata virtus, & prudentia ſummos Gymnaſii faſces, meruit, integritas, & vigilantia in tuenda dignitate publica omnium vota exceſſit; divinæ, & humanæ ſapientiæ, artiſque medicæ cultores, rei optimè geſtæ monumentum P. C. anno 1647.

256 Immortale decus DANIELIS Blanckii, qui Gymnaſii regimen ea modeſtia tenuit, ut invicto faſces delati ſint, eo ſplendore, atque abſtinentia peregit, ut publicas rationes ingenti ære alieno conturbatas, expedierit, ut vel optimo ſucceſſori difficilem æmulationem reliquit: Philoſ. Medic. & Theologorum cœtus Pro-Rectori benefico, ac ſalutati L. M. poſuit, anno 1645.

257 ADAMO Henningo Frauſtadio Sileſio Inclyt. Nat. Germ. Med. Conſiliario, & Almæ Univerſitatis Pro-Syndico, qui probatam Lyceo vigilantiam fide ſuperavit. Philoſoph. Medic. ac Theologor. Collegium P. C. anno Chriſti 1646.

258 Illuſtriſſimo D. GEORGIO Guldenſtierna L. B. in Undholm Equiti Svevo: qui acceptam à majoribus natalium gloriam Patavini Gymnaſii inſignibus ſceptroque auxit, & laborantem alia Pro-Rectoratus dignitatem, Heroica, & incredibili protſus virtute glorioſè præſtitit, reſtituitque Univerſit. Monum. poſ. Patavii.

259 Comiti CAMILLO Capræ Vicentino Vicario Univerſitas Juriſtarum volens lubens, merenti P.

Supra Oſtium Collegii Recitationum extra.

260 Ad Lauream ſtudiorum Cultoribus Sereniſſimæ Reipublicæ auctoritate conferendam ob Polymathiam HIERONYMUS Lando Eques in Prætura erexit ob Polymathiam, anno 1627.

In Collegio ipſo.

261 HIERONYMO Lando Equiti, heroicæ virtutis Prætori pro Collegio auctoritatis Venetæ celebrando, hunc elegantem locum beneficè molito POMPEIUS Caimus Utin. Primar. Theor. Collegii Præſes, pro beneficio inſigni

inſigni ad inſigniendum grati animi cultum inſigne hoc mutum χαεισήειον poſuit anno 1627.

262 HIERONYMO Lando Equiti Prætori, & hujuſce Collegii conditori, ſapientiæ, & doctrinæ alumno, & patrono Univerſit. Artiſtarum. Petro Boſio Bergomenſis J. U. Doct. Syndic. anno 1627.

Extra ad dexteram.

263 BERNARDINO Fornagerio Petri F. Rhodigino, Juriſt. Rect. Equit. ac Leg. Doct. anno 1561. Univerſitas Pro-Rectori benemeriti pon. cur.

264 JOSEPHO Spinello Caſtrofrancenſi J. U. D Equiti, ac Rectori meritiſſimo, Univerſitas Juriſtarum perpetuo pon. cur. anno 1575.

265 DAVID Placotomo Dantiſchano Rectori meritiſſimo, ſtatutum ac Archilycei Univerſit. inſigne Mundinus Mundinius amico vita functo amoris ergo pon. cur. 1590.

266 *NICOLAO Scordiho Patrit. Cretenſi Syndic. benemerito, Univer. Juriſt. P. C. 1595.*

267 *MUNDINIO Mundinio Vicar. meritiſſimo U. A. V. R. C.*

268 HENRICO Capræ Patritio Vicentino, & Comiti ſplendidiſſimo, cum Syndicatus munere ſtrenuè, ac generosè functus ſit, grata Juriſt. Univ. anno Domini 1624.

269 *JACOBO Mureto Gallo Monthenſi Syndico benemerito, Univerſit. Juriſt. P. C. 1595.*

270 *BARTHOLOMÆO Fino Equiti Bergomenſi Vicario meritiſſimo Univerſit. Juriſt. P. C. 1595.*

271 NICOLAO Bollizzæ Pat. Aſcrvulen. Eq. L. V. C. Rect. ſplendidiſſimo, prudentiſſimo, pio, pacifero de univerſa Juriſtarum Rep. optimè merito una Patav. Acad. Juriſtarum, omnium vox, manus, mens, memor, grataque voluntas poſuit, anno 1594.

272 CAROLO Von Holſten Dantiſcano Patritio, Pro-Rectori, & Syndici munere cunctis acclamationibus

functo Univerſitas Juriſtarum, anno 1647.

273 CAROLO Von Holten inter Pruthenos Gendamenſi Patritio, vim ingenuis artibus, & morum cultura ſpectatiſſimo : Pro-Rectori, & Syndico ad publica nato munera 1647. Univerſitas Juriſtarum plauſus.

274 JO: CONRADO Heroldt. Nob. Germano-Francoter ad Pro-Rectoratus apicem ſumma cum omnium poſtulatione evecto, obglorioſa promerita congerminatum amoris monumentum Univerſit. Juriſtarum poſ. 1638.

Ut Gymnaſii decora, & benemeritorum memoriæ perenne reſulgeant, monumentum hoc poni juſſerunt MICHAEL Offeman Sileſius, & JOANNES Gritti Cretenſis, Aſſeſſ. Univerſitatis decreto.

275 JO: SARIO Zamoſchio Stan Belzenſis Præfecti, & Regii Equitum ductoris F. J. U. Polono Rectori benemerito, Univerſitas Juriſtarum decrevit, dedicavitque Kalend. Septembr. 1564.

276 LANCELLOTTUS de Lancellotto Auſcul. V. Rector, una cum JO: Badio à Boczeù Conſ. Polono H. M. JO: Zamoſchio Rectori meritiſſimo, à non ingrata Univerſit. Rep. Cur. anno 1591.

277 MELCHIOR Tetta Nob. Sicen. Dalmata adoptione Germanus generoſitate inſignis, utriuſque gentis genium ita miſcuit, ut ejus cœtus moderatorum, quem ex tota atte delibata juventus conſtituit, virtute, & forma dignus ex omnibus viſus ſit, qui adoptaretur ab omnibus ſplendore, ac munificentia, præteritis Pro-Rectoribus tenebras adduxerit, futuris emulandi ſpem abſtulerit Juris ſtudioſi D. M. P. anno 1667. *Sub Statua Marmorea.*

In Magno Auditorio Juriſconſultorum.
Intus à parte dextera.

278 Illuſtriſſimo, ac Generoſiſſimo D. D. ANTONIO Mariæ de Nigris Vultureno Groſienſi in Rhetia Sac. Pala-

tii

tii Apoſtol. & avis Lateranenſis Comiti Pro-Rectori, ac Syndico incomparabili, quod Univer. jura aſſervaverit, Cancellariam proventuſque penè obſoletis reſtituerit, ſcholaſticam Rempublicam tam auſpicatè prudenterque geſſerit, ut ſtudiorum......... Patavii cædem inciderit, eorum ſalebroſis in veſtigiis omnem ſollicitudinem, operamque curaverit Juriſt. Univ. jure hoc monumentum erigendum cenſuit Nathanueli B. Sprodero Baſius hæres hoc adimplevit. *Supra Oſtium.*

279 ALEXANDRO Macradio Vicentino Pro-Rectori, ac Syndico Famæ ultimo cum ævo deſituræ nomine, animo, ac rebus geſtis Alexandro, cui ad agitatas Eumenidum turbas, quæ literarium orbem miſcebant prorſus pacandas non defuerant, virtus, ingenium, eloquium, cui ſigna Cometa aſpectu mortales terrentia excernendæ virtutis materiam præbuere ſemper vigili, ſemper invicto Juris ſtudioſi P. P. anno ſalutis turbatiſſimæ 1666.

280 JOANNI Cladio Cretenſi Equiti, & per biennium Rectori benemerito J. C. P. 1572.

281 CAROLO Herlino Atrebatenſi, Equiti perilluſtr. Juriſque Conſult. Excell. Juriſtarum Rectori optimè merito, Univerſitas uno omnium conſenſu è laudabili annua ejus adminiſtratione, perpetuæ ſuæ in eum voluntatis ſempiternum id volunt celeberrimo hoc in loco extare monumentum anno 1568.

282 PARMENIONI Triſſino Comiti Palatino Patritio Vicentino, ac Veron. avitæ Nobilitatis cuſtodi integerrimo, Lycei immunitatum ſoſpitatori vigilantiſſimo, qui Jacobi Abbatruci diſpari virtutis ſtudio æmulatur ille ad Echinadas ſub Veneti Leonis inſignibus publicè ſaluti mortales devovit exuvias hic, ſub Palladii Bovis auſpiciis communi incolumitati ſacravit ingenium, eo clatior, quo paciferæ adoræ cedit Mavors. Pro-Rector. incomparabili, Juriſtarum Univerſit. poſ. anno 1662.

283 NATHALEI Sgrodero Dantiſcano, qui redditum in Patriam adornatus ſtudiis, ac præſatione omnium ambitus,

bitus, ut Gymnaſii regimen compeſceret prudentia, libertate, & candore Germanico ita ſe geſſit ut Imperii breviſſimum viſum ſit, & quo ejus memoria maximè in longum protogaretur, Juris ſtudioſi optimi Pro-Rectoris imaginem cordibus omnium impreſſam, hoc ſymbolo ſacraverint anno 1665.

284 OTTHONI Gronsfeldio S.R.Imp. Comiti, Pro-Syndico, qui cum Germanicum candorem, & Italicam ſoletriam ad Gymnaſii regimen attuliſſet florentiſſima apud Venetos proceres gratias jura, atque immunitates in ſtudiis operantium egregiè turatas virum ſummis, & infimis gratiam, ac Gymnaſio utilior fuerit virtutum reliquit, juris ſtudioſi benemer. poſ. anno 1678. *Sub Effigie.*

285 LEONIS Calergi Cydonienſis J. U. D. & Equitis præclariſſimi, & in hoc Studio Patavino Syndici Pro-Rectoris occulatiſſimi, anno Domini 1620.

286 ANDREÆ Porcellaghæ Patritio Brixienſi Syndico meritiſſimo, ob magiſtratum præclarè geſtum, Legiſtar. Univerſit. pon. cur. anno 1628.

287 ANTONIO Mariæ de Nigris Sacri Palatii Apoſtolici, Aulæque Lateran. Conſ. Juriſtarum Syndico, & Pro-Rectori, & omnium ingenio optimo eloquentiſſimo Scholaſticæ Reipublicæ, honoris accerrimo defenſori, & utilitatis aſſiduo vigilantiſſimo, Juriſtarum Univ. anno 1663.

288 DARDI Cavaccio Vicentino Syndico, & Pro-Rect. meritiſſimo, Univ. Juriſt. P. C. 1597. *Super Exedram.*

289 PETRUS Pinrus Sipontinus Rector A. Dom. 1565.

290 Immortali famæ JOANNIS Finchii Nobilis Angli, qui Syndicatum non ambivit, ſed admiſit violentia cum amorque inctus fænum invitis humeris, Magiſtratus togam impoſuit, quam ille dignitatis ſuæ reſtituit privilegia hujus Archigymnaſii nutentia confirmavit, deperdita recuperavit, ita ut qui Bove lætante intraverit, eodem gemente exiverit, Univerſitas Juriſtarum, H P. M. P. C. anno Domini 1657.

291 M. ANTONIO Othelio J. C. Utinenſi, & ordinario

rio primæ ſedis matutinæ Jur. Civil. interpret. Gen. Sp. Juriſtatum Univerſitas, Profeſſori benemerito P. C. anno Domini 1620.

292 SIMEONI Phtaminio Cretenſi Rectori ſplendidiſſimo Univ. Artiſtar. erexit 1607. *Ultimus Rector.*

293 BALTHASSAR Fridericus ab Oſſa Miſnenſis Juriſtarum Rectoris 1566.

JO. BAPTISTA Averoldus Syndicus.

294 MARIONO Mariono Nob. Veronenſi Pro-Rectori, quod publicè ſui cenſus tenax privati profuſus non modo es alienum diſſolverit, ſed Gymnaſii errarium locupletaverit, quodque alterum ſancitus errarium jura, atque immunitates agri cuſtodia tutatus ſit. Aſti cæ cultores benemer. poſuit, anno 1658.

295 PHILIPPO Maynardo de Cadubrio Forojulienſi, Equiti, ac Pro-Rectori ſplendidiſſimo, muneris benè geſti cauſa, ſed immatura morte nondum perfecti, Univerſ. Juriſtarum ad perpetuam rei memoriam hoc opus fieri juſſit, anno 1570.

296 ANTONIO Ulaſtò Nob Cretenſi J. U. D. Equiti, ac Rectori Juriſtar. meritiſſimo ſua Univ. P. C. anno 1590.

297 THOMAS Finck Dan. graviſſim. Pro-Rectoratus Magiſtratum invitè ſuſceptum ita geſſit; ut publicum errarii commodum privati anteponens, ambitioni claram ſui memoriam rectè ſentientibus relinquere, quam vanis peritura effigie marmorea inſeri potius judicaverit, anno Salutis CIↃ IↃ CLIX.

298 HEREMI Ferrerii Pedemontani cuncatis Rectoris, & Juriſconſulti, regentibus magnificis, & clariſſimis Rectoribus STEPHANO TRIVISANO, & JACOBO DUODO 1544.

299. BARTHOLOMÆUS Bozza Cretenſis Eques, Juriſtarum Rector anno 1557.

CAROLUS Haerlis Atrebas Syndicus 1557.

OCTAVIANUS Silerius Veronenſis Vicarius 1557.

POLONIUS de Polonus Vicarius 1570.

300 PAR-

300 PARMENIONI Triſſino Nob. Vicentino, ac Ver- Juriſtarum Syndico, & Pro-Rectori, qui ſicut ab Aquila gentilitia auxit generoſitatem, ita verè generoſſimè ſe geſſit, ideò hoc Mnemoſſinon perenne poſuit, Univerſit. Juriſtarum, anno 1662. *Sub Effigie.*

301 FERDINANDO Abduenſi Mediolanenſi Patritio, Equiti, & Jureconſulto, qui biennium in hac florentiſſima Civitate Nomogymnaſiarcus fuit P. P. ejus feliciſſima adminiſtratione poſitum eſt 1547.

302 JO: ab Hoboken Antuerpienſi, Juriſtarum Rectori magnifico optimè merito, Univerſitas non immemor beneficiorum ad perpetuam ejus magiſtratus prudentiſſimam geſti memoriam P. C. 1567.

303 Gloriæ immoritura GULIELMI Stokeham Nobilis Angli, Pro-Rectori, & Syndico cujus ſumma moderatio ad ſui exempla componens juventutem Euganeæ Themidi inſuetam conciliavit quietem, qua Urbis, & Gymn. P. Moderatores rara adminiſtratione ſibi percarros devinxit, Univerſit. Juriſtarum D. D. anno 1681.

304 Comiti PAULO Benaſuti Vicentino, quò non præſtantior alter liberæ juventuti fræna moderari cujus intuenda Gymnaſii dignitate ſplendorem, ac fidem omnes experti Eloquentiam Veneti Patres admirati ſunt, & cum multa cauſæ tribuerent plurimum perſonæ indulxerunt Juris candidati Patrono Optimo.

Aſſeſſoribus JOANNE Mormori Cydonienſi Ultram. Conſ.
HIERONYMO Funello Veron. Lomb. Conſ.

305 MELCHIOR Teta Ilirica Nobilitate, Germana adoptione, virtutis ſuffragio, Pro-Rector meritiſſimus, & Syndicus, ita numeros omnes Pro-Rectoris implevit, ut Rectorem egerit hoc uno ſpem omnium fruſtratus, quod imperaſſe deſint, cum imperare maximè vellent neſcias, abdicata dignitate major fuerit, an adminiſtrata; niſi quod ubique ſibi ſimilis, hoc eſt maximus Bavariæ Ducibus magnificè exceptis integro muneris anno ſplendidè abſoluto exutis prudenter diſcordiarum faſcibus hoc

habet

habet ampliora meritus, qui maxima policitus Matradum præſtitit in argumentum obſequii Jur. ſtudio 1667.

Extra parte dextera.

306 JACOBO Theotio Baſſanenſi *J.* U. D. Syndico meritiſſimo, Juriſtarum Univerſit. anno 1618. *Sub fornice.*

307 Quiſquis Antenoti, & Muſis Patavinis faves. Siſte, Fave auguſtæ imagini Viri auguſtæ virtutis JOANNI Conradi Heroldt Nob. Germani Franci, qui tribus ferè luſtris univerſam Europam curioſo viarum cyclo emenſus in Patavinum Aventinum ſaturni velo advectus, literis ferreis aureum ſæculum attulit German. Nationis Aquilam Conſiliarius, & Sacri Leonis Univerſit. Pro-Syndicus ornavit Auctor: Veneta doctrinarum Laurum candidatis advenis inſtituit. Privilegia, uti & Pro-Rectorum excellentiam oppugnatam ſervavit, & auxit. In Candidatorum examine præſentiæ ſuæ lucem obtinuit. Plaude igitur viro immortali, qui trigeſies Legatus, bis Nationis ſuæ Conſiliarius. Ter Univerſitatis Pro-Rector Univerſit. utriuſque Lumen Senatui percharus, Gymnaſio glorioſus, omnibus admirabilis, in lapide gloriæ ſuæ adamantem tulit Univerſit. Juriſtatum volente, omnibus applaudentibus Kal. Aug. 1639. *Sub Marmorea Statua.*

308 MARIONO Mariono Nob. Veronenſi, Pro-Rectori, qui Gymnaſii regimen ſubire coactus nulli tempeſtati animum ſubmiſit fideque, ac magnificentia cum ærarii rationibus, tum publicæ ſamæ, optimè conſuluit, cujus merito communi Juris ſtudioſorum conſenſu decretam ſtatuam pari moderatione deprecatus eſt, ſed ſicut faſces invicto delati, ita reluctanti ſumus honos novis ſuffragiis ſancitus adeò ſpreta in tempore gloria cumulatior redit Pro-Rector. Thoma Finchio Nobil. Dano, anno 1658.

Sub Effigie Marmorea.

309 GUSTAVUS Adamus Baner magni Imperatoris

magnum incrementum cum imperatorias artes à contubernio ſapientiæ peteret, ne unquam privatus eſſet Gymnaſium regere juſſus, ita imperavit, quaſi diu paruiſſet, ita pace uſus eſt, ut ſummi Ducis augurium expleverit, Juris ſtudioſi P. P. 1650.

310 ALOYSIO Scloppo Veron. J. U. D. Philoſ. & Equ ac D. ArtiſtarumRectore, anno 1570.

311 *JULIO Capriano Regenſi Conſil. Lomb. Aſſeſſ. benemer. Univ. Artiſtarum P. 1607.*

312 *CAMILLO Saxo Neapol. Conſil. Rom. Aſſeſſor. benemer. Univerſ. Artiſtarum P. 1607.*

313 Memoriæ immortali JO: CONRADO Heroldt Nob. Germano-Franco Syndic. Pro-Rector. iterata quadriennii electione approbati, cujus pro merita præclara monumenta teſtantur P. Juriſtarum Univerſitas.

Aſſeſſoribus JO. GRITI Cretenſe, &
ALEXANDRO Rinaldi Tarviſino.

314 CÆSARI Cremonino Centenſi, principi Philoſophor. Nicolaus Benzonus Randruſio Danus, Divi Marci Eques 1637.

315 JACOBO Ferracino Syndico ſplendidiſſimo, qui temporibus difficillimis ruentem Pro-Rectoratus dignitatem non ſine fœnore ſuparavit, & adverſis in privilegio tempeſtatibus, virili animo reſtituit, monumentum hoc, Univerſitas Artiſtarum poſuit, & poſteris memoriam tranſmittit, anno 1656.

316 MATTHIÆ Littaù Vilnenſi Lithuano Syndico ſemper expetendo Univerſit. Philoſophorum, & Medicorum pon. cur. anno Domini 1614.

In Magno Auditorio Artiſtarum.

317 STEPHANO Cercolo Colonienſi Philoſop. & Medic. Doct. Equiti, Rectorique meritiſſimo, anno ſui Rectoratus Univerſitas Philoſophorum, & Medicorum poſuit,

Google

ſuit anno 1579. menſe Julii.

318 NICOLAO Piperello Clavinienſi Syndico dexteritate, & vigilantia optimè merito Univer. poſ. anno 1620.

319 SASBOUT Vander A. A. Hollando Philoſoph. & Medic. Doct. Syndico ſibi meritiſſimo, Univerſitas Artiſtarum poſuit, anno Domini 1648.

320 Illuſtriſſimo Vito DOMINICO Slatarichio Simeonis F. Raguſino, Equiti aurato, Rectori ſplendidiſſimo, qui ſuo ſplendore, ac vigilantia gradum Rectoratus penè dirutum priſtino candori reſtituit Univerſitas Philoſoph. & Medicorum, in memoriam beneficii poſuit, 5. Kalend. Auguſti, anno Domini 1580.

JO BAPTISTA Pono Veronenſis Sapiens.
HIERONYMUS Cervus Veronenſis Vicarius.

321 CAROLUS de Horris Veron. Artiſt. V. Rector 1571.

322 THOMÆ Plovenio Patritio Vicentino J. U. D. Syndico meritiſſimo, Univerſit. Philoſophor. & Medicorum poſuit, anno Domini 1621.

323 GAUDENTIUS Bellinus Nobil. Navarienſis, Almæ Univerſitatis DD. Artiſtarum Syndicus optimè meritus, anno Domini 1624.

324 Artiſtarum Pro-Rect. meritiſſimo, & Syndico optimo JACOBO Belcapillo Nobil. Meſtrenſi ingenio placidiſſimo actionibus generoſiſſimo, qui unicus in Lyceo moderator munus non diviſit, onus geminavit, æmulationem accendit non abſtulit, præteritis tenebras non obduxit, quia tam de ſe clarus ab Univerſitate decretum monumentum Aſſeſſ. erigi, anno 1668. M. X. B. R.

ARBOR MEDICA.

Ætatem corticemque ſupra æterno cui cœlo
Radices firmat virtus concordia robur
Gloria dat fructum, quem benè geſta ferunt.

325 Ne tantum huic Archilyceo decus, & ornamentum deperderetur, grata Artiſtarum Univerſitas Effigiem

O 2 illius,

illius, & Generoſiſſimo Pro-Syndico JOSEPH Martini Eiſenſchmid ponere decretum, anno Domini 1672.

Sub Effigie.

326 ERANCISCO Caccia Mantuano, Syndico meritiſſimo, Univer. Artiſtarum poſuit, anno Domini 1617.

327 JOANNES Veslingius Mindanus, Eques Hieroſolymitanus Anatomiæ, & Chirurgiæ Profeſſor Primarius, anno 1636.

CAROLUS Lana Patritius Brixien. Anatom. Conſil.

M. GEORGIUS Pinagger Styrus Admontenſis Anatomiæ, deinde Inclyt. Nat. Germ. Artiſt. Conſiliar.

328 ANTONIUS Molinettus Venetus Civis, & Patavino Gymnaſio è tribus Medicinæ ſuggeſtis Primarius, adeò ſapientia, probitate, eloquentia clarus, ut una Senatus voce ad Ducem Gabreugiæ miſſus, mox Bojorum petitus optatuſque Principibus lacrymas hinc abſtergens, hinc prohibens, utriſque filios animam agentes revocarit ad Vitam Parmæ, dum idem præſtirit in Palatio Principis, ſexagenarius deficit 1685. *Sub Effigie.*

329 FRANCISCO Craſſo Raguſ. Philoſ. & Med. Doct. Univerſit. Artiſtarum Syndico optimè merito anno Domini 1611. Kal. Auguſti.

330 JACOBO Belcavello Nob. Meſtrenſi Syndico Pro-Rect. qui perpetuo de omnibus benemerendi ſtudio paucos admodum pares ſplendore, ac munificentia neminem ſuperiorem habuit Divinæ, atque Humanæ ſapientiæ ſtudioſi, benemer. Poſ. anno 1668. *Sub Effigie.*

331 Illuſtriſſimo, & Generoſiſſimo D. D. JOANNI Gaſparo Vvolfio Nob. Ulma-Svevo, Inclytæ Nat. Germanicæ Conſiliario, ac Almæ D.D. Theologorum, Philoſophorum, & Medicorum Univerſit. Pro-Rectori, & Pro-Syndico meritiſſimo, eadem grati affectus ergò poſuit 1687. *Sub Effigie.*

Sub ejus regimine fuit Adſceſſor Primarius D. MICHAEL Condopidius, qui in Pro-Rectorem, & Syndicum ejuſdem Univerſitatis per biennium fuit electus anno 1701. & 1702. **multa**

ingra-

Google

in gratiam tum Univerſitatum, tum ſingularum Nationum utiliſſima geſſit, & præcipuè quinquennium Studio impendend. à Sereniſs. Principe ſtudioſis Ciſalpinis decretum, in quadriennium coarctavit auctoritate ejuſdem Senatus. Obiit Anno 1706. menſe Augusti, tali inſcriptione ſub Effigie.

332 MICHAEL Condopidius Marcellus Naxienſis Primarius Conſiliarius Artiſtarum, & Aſſeſſor Ultramarin. 1687.

HOC Anno interdicta fuit Gentilitiarum Stemmate, & Inſcriptionum intra Bovem erectio, juſtiſſimo SERENISSIMI PRINCIPIS juſſu in cujus locum anno 1705. ſub Auſpiciis Illuſtriſſimi, ac Generoſiſſimi D. GEORGII RUSSI Nob. Stauſtenſis Macedonis Pro-Rectoris, ac Syndici, à D. GEORGIO Lucati Cretenſi I. N. Ultramarinæ per triennium Conſiliario Primario Artiſtarum, mox Juriſtarum, tandem ejuſdem Nationis Syndico, & in Univerſitate DD. Artiſtarum per biennium Gentilitiorum Stemmatum Adſceſſori &c. editus fuit Liber. Album ſive elenchus nominum Magnificorum Rectorum, Pro-Rectorum, Syndicorum &c. nuncupatus, in quo Univerſitate annuente, præter varia utiliſſima, ſtatutum fuit, quod ſingulis annis Nomina, & Inſignia cæteraque Inſcriptiones Tractatorum, Syndicorum, atque Conſiliariorum Cupro cuderentur, ac Typis ederentur, ne tot Clariſſimorum Virorum memoriæ, ac geſta ipſo cum regimine deficerent, & in oblivionem prorſus inciderentur.

333 Illuſtriſſimo, & Generoſiſſimo D.D. JOSEPHO Philippino Nob. Veronenſi Pro-Rectori, & Syndico benemerito Univer. Artiſt. L. M. Q. poſ. anno 1667.

334 Tueatur æternitas monumentum hoc Illuſtriſſimo, ac Generoſiſſimo JOANNES Jacobo de Platis Veronenſis Nob. Bergom. J. U. D. ampliſſimo Almæ Univerſitatis Patavinæ D. D. Theologorum, Philoſophorum, ac Medicorum Syndico, ac Pro-Rectori in utroque præſtantiſſimo adminiſtratione, ac magnificentia mirabili Aſceſſorum,

rum ope ſacratum fama canat in Turri Paladium, livor fulmina retundat in lauro, & ſimulacro virtutis poſteritas admiretur. De Marcus Ulaſtò Nob. Rethym. Exactor Incl. N. Ultramarinæ Conſiliar. & Aſſeſſor. Antonius de Leonardis Veron. Conſiliar. & Aſſeſſor J. U. D. Kal. Aug. anno Salutis 1681. *Sub Statua Marmorea.*

335 BENEDICTUS Flanginus Cyprius Vice-Rector.

336 Illuſtriſſimo, & Generoſiſſimo DD. FRANCISCO Xaverio Fiorini à Bluemberg Nob. Fluminenſi Liburno, Pro-Syndico, ac Pro-Rectori ſuo optimè merito grati affectus ergo Univ. Artiſtarum, anno 1686. *Sub Effigie.*

Extra Auditorium.

337 JACOBO Cicuta Dalmato Vegleaſi Equ. Com. ac Juriſtarum Rectori benemerito 1542.

338 Ne præſtantiſſimi Dalmatæ merita prorſus interirent NICOLAUS Bolizza Parritius Catharenſis Eques J. U. C. ac Juriſtarum Rector anno 1594. ſuo ære præclaram hanc tantorum meritorum teſtificationem temporis injuria obrutam, ac propè deletam in priſtinum ſtatum reſtituere, omniumque oculis ſubjicere. C.

339 Hoc Frontis honore prolixa Cæſarie avidè ſpectabatur CUSTAVUS Adamus Baner, quum à parentis fortiſſimi Imperatoris trophæis recens Patavini Gymnaſii regimen capeſceret, & Laureatus utrinque faſcibus in complexu muſarum Imperatoriæ indolis flos in ſpem non unius triumphi aſſurgentis juris Candidati P. Pro-Rectori incomparabili P. Erectionem hujus perficiente Petro Langio Gouda Hollando duobus poſt annis Pro-Rectore, ac Syndico obſequentiſſimo ſuo, anno 1651.

340 ANDREÆ Zanino Maroſticenſi Pro-Rectori, cui ob ſingularem dexteritatem, atque inuſitatum ſplendorem Theologorum, Philoſophorum, & Medicorum ordo Statuam decrevit ille altitudine animi graviſſimo judicio

dicio contentus inania tranſmiſit ſequente cum gloria, quam fugerat hoc uno ſtatuam promeritus anno 1652.

341 JACOBO Donato Veronenſi, Pro-Rectori integerrimo benemerito Univerſit. Artiſtarum 1593.

JONAS Carſius Neapol. Danus benemer. Synd. Univ. Artiſt.

MARIO Bevilaqua Saloenſi primum Vicario, deinde in Vice-Rectoris locum ſuffecto V. P.

342 CAROLO Franciſco Zazio Vultareno, Patritio Brixienſi Syndico, ac Pro-Rectori meritiſſimo ob Scholaſticas immunitates ſarta tecta conſervara Univ. Artiſt. hoc qualecumque grati animi mouumentum P. C.

343 JOANNI de Flamerding Francofurt ad Nomen celebre Ætat. Pat. Theologorum, Philoſophorum, & Medicorum Pro-Rectori, & Equiti Divi Marci meritiſſimo, cui ultro oblatam Gymnaſii præſecturam ea conſtantia, & ſplendore adminiſtravit, ut qui juventuti quies, ac ſtudii dignatio conſtarent nunquam pepercit nec ſumptibus, ſapientiæ ſectatores P. P. anno 1674. *Sub Effigie:*

Sub iſtius Regimine fuit Gentilitiorum Stemmatum Primarius Aſſeſſor D. GEORGIUS CALAFATTI Nob. Cydonenſis, nunc Medicinæ Profeſſor, eximius Nobilitate, & virtute clarus.

344 JOANNI Georgio Noeslero Nobili Norimb. Pro-Rectori, ac Syndico digniſſimo, qui avitam Nobilitatem vel equavit, vel auxit, hoc pro monumento ſingulari non pro immenſis meritis fuit erectum ſub immagine Blaſii Bartholini Pro-Rectoris vigilantiſſimi, Univerſitas Artiſtarum 1665.

345 Inclytæ virtuti JOANNIS de Laneſchlos Salinga Montani, Almæ Nationis Germanicæ Conſiliar. deinde Pro-Syndici munere optimè functi, quod in difficillimis Reipublicæ Literariæ temporibus aſſidua vigilantia, pari prudentia, decus ejuſdem potuerit auxerit, Nationes univerſæ beneficii memores exiguum hoc grati animi monumentum P. unanimes 1648.

346 FRANCISCO Maſſario Brixienſi Pro-Syndico, Pro-Rectoris munere egregiè perfuncto, quod univerſi-

tas

tas auctoritatem in priſtinum revocaverit, & mira integritate, atque animi conſtantia conſervaverit, Nationes univerſæ monumentum hoc ejus ordinis antea hoc nemini conceſſum ad extraordinarii beneficii extraordinariam referendam gratiam publico decreto crexerunt unanimes 1649.

Ab hoc ambulacro ad Auguſtum Collegium Venetum aſcendimus ſequentes inſcriptiones adnotando.

Cancellaria Juriſtarum Univerſitas extra.

Tandiu feriatam Gymnaſii partem in juris cultorum commodum Legalis, quæ Paleſtræ decus aperuit.

347 ANTONIUS Maria de Nigris Vulturenus Sac. Palatii Apoſtolici Com. Pro-Rect. Aſseſsoribus Dietentico Gerlino de Alta Rhetia, Paulo Pagedo Nob. Vicentino, anno Salutis 1663.

Intus.

348 Pro-Rector Maximus, ANTONIUS Maria de Nigris Com. Palatin. Groſienſis, omnium cum laude hujus Cancellariæ Procunctibus penè neglectis error ære proprio ornator agendo Juris Liter. Huc Juris defenſor ſuæ gloriæ immortali hoc poſuit.

Supra Cancellariam Dominorum Artiſtarum.

CANCELLARIAM GYMNASTICAM D.D. ARTISTARUM AB ILLUSTRISS. ET ECCELLENTISS. ARCHILYCEI MODERATORIBUS DECRETUM.

349 Clar. Viro D. CAROLI Torta de Comitiſsa Canc. Dign. cura, & diligentia implotatam, anno Domini 1676.

In

In pariete Vicino.

350 Studiorum aſſeclæ ſtudioſorum Aſillo Pro-Rectori, ac Syndico HORATIO Ploveno Co: Vicentino verò Rectori Scholaſticarum immunitatum conſervatori, divo numini prudentiæ ſedulitatis. Virtutum omnium complemento uno verbo ſibi gloriæ meritiſſimo, Univerſitas Juriſtarum P. Cur. anno 1656.

Supra Oſtium Collegii Veneti extra.

351 *MAGNUM, ET AUGUSTUM PATAVINÆ UNIVERSITATIS COLLEGIUM IN PRISTINUM AUCTORITATIS GRADUM, JUSSU SERENISSIMÆ REIPUBLICÆ VENETÆ RESTITUETUR, QUOD OB POLYMATHIAM AD LAUREAM STUDIORUM CULTORIBUS CONFERENDAM HIERONYMUS LANDO EQUES IN SUA PRÆTURA AB PHILOMATHIAM EREXIT, Anno Domini M.DC XXVII.*

---

352 *ZACARIAS VALERIO IN SUA ITIDEM PRÆTURA, ET HIERONYMUS RAYNERIUS IN SUA PRÆFECTURA MAJORIS GRATIA DECORIS AMPLIORIS ELEGANTIÆ FORMA AD EVNDEM VSUM IN OMNI DOCTRINÆ GENERE CONSTRVCTVM HIC ESSE VOLVERVNT, Anno à Virginis Partu M.DCLXXIX.*

Intus ſupra Oſtium.

353 Summa cura, & incomparabili Vigilantia Illuſtriſſimorum, & Excellentiſſimorum D. D. Reformatorum ALOYSII PRIOLI D. Marci Procuratoris, NICOLAI VENEREI D. Marci Procuratoris, SYLVESTRI VALERII D. Marci Procuratoris, & Equiti erectum anno Reparatæ Salutis M. DCLXXIX. Curante Carolo Rinaldino Patavino primæ Sedis.

Sub Effigie Marmorea.

354 SYLVESTRO VALERIO Auguſtæ VENETIARUM REIPUBLICÆ Sereniſſimo Principi BERTUCCI Principis Filio Religioſiſſimo, Clementiſſimo, qui Patris erga ſtudia clai itatem æmulata difficillimis temporibus nutantem Literatorum fortunam præſidio firmavit, Patrocinio auxit, munificentia ornavit, Juriſper. Theologorum, Philoſophorum, & Medicorum Prof. obſeq. parit, ac grati animi Monument. poſ. anno Repar. Salutis M.DCXCV. Curantibus Antonio Vaira Veneto Sacrorum Canonum Prim. Mat. ant. & Leal Leali Veronenſis. Med. Simp. Profeſſ.

In Splendido Mauſoleo Venetiis ad Templum Sanctorum Joannis, & Pauli Patrum Ordinis Prædicatorum, ubi duo Simulacra ſunt (tertio loco adhuc vacuo atque a SERENISSIMA DUCISSA implendo) id quod ut ſerius eveniat precamur. Extant duæ inſcriptiones literis aureis, Lidio Marmori inſculptæ.

355 *BERTUTIUS VALERIUS DUX PRUDENTIA, ET FACUNDIA MAGNUS, HELLESPONTIACA VICTORIA MAJOR, PRINCIPE FILIO MAXIMUS.*
Obiit Anno M.DCLVIII.

356 *SYLVESTER VALERIUS BERTUCII FILIUS PRINCIPATUM ÆMULATIONE PATRIS MERUIT MAGNIFICENTIA ORNAVIT, SIRMIENSI PACE MUNIVIT.*
Obiit Anno M.DCC.

In

In Lydeo lapide Magnis litteris auratis.

VALERIORUM PRINCIPUM CINERES.

In Auditoria Artiſtarum vicina ſupra ſugeſtum.

357 Illuſtriſſimo, ac Sapientiſſimo Viro HIERONYMO FRIGIMELICA Roberto, Patritio Patavino, necnon Sereniſſimi Senatus Equiti hactenus in hoc loco Practic. Ordinar. Nunc verò Theor. Medic. in Prima Sede Profeſſ. Famoſiſſimo, hoc grati animi monumentum Protectori ſuo à tot Annis benevolentiſſimo gratulabunda I. N. G. A. Poſuit.

In Parte dextera.

358 POMPEO Caimo Utinenſi, Equiti Philoſopho, ac Medico eximio in hac prima Sede Theor. Med. Ordinar. legenti munere egregiæ functo Profeſſori benemerito, Univerſit. Artiſtarum poſuit, anno 1634.

In Parte Leva.

359 JO. PRÆVOTIO Raurato Philoſ. & Medic. inſigni Practicæ Extraordinariæ Profeſſori Primario. Civi, & Doctori deſideratiſſimo Natio Germana Artiſtar. poſuit, anno 1634.

HORTI MEDICI.

E regione Principis Januæ in lapide quadrato :

D. O. M.
ASCANIO JUSTINIANO Prætore;
STEPHANO QUIRINO Præfecto,
*Concordia, claris Hydrophylatium innovatum Æ. C. A.
Anno M. DCC II.*

Intus in Horto
Ex utraque parte portarum, quæ ſplendidæ, ac magnificæ ſunt, Vaſa lapidea prægrandia, in quarum baſi Rectorum Urbis Nomina.

BARBONO MAUROCENO Præfecto.
M. DCLXXXIX.
HIERONYMO JUSTINIANO Prætore.
M. DCC IV.
FRANCISCO SUPERANTIO Præfecto.
M. DCC IV.
NICOLAO CONTARENO Præfecto, & Præt.
M. DCC V.
NICOLAO CONTARENO Præfecto, & Prætore.
M. DCC VI.

AD

AD DOMUM FUNOLICÆ ARTIS, SEU LANIFICII.

In Ingreſſu altius in pariete in Lapide.

1 Ceſare Fabri Sindico.
Bartolameo Carboni primo Gaſtaldo.
Mattio Bellini, ſecondo Gaſtaldo.
Bortolamio Filina Maſſaro.
Ventura Carli Preſidente.
Franceſco Bernardi Contraditore.
M. DC XII.
Li ſopranominati Signori Mercanti, eſſendo di Banca furono Preſidenti della Fabrica de Folli.

In Atrio Inferiori ſub inſignibus.

2 Franciſco Papafava J. U. Doct. Mar. Trat. ætatis ſuæ annorum XXVII. Rector. M. D XXV. *De hac F v. Inſ. Urb. Ind. ad lit P fol. 617*

---

3 Marſilius Papafava J. U. Doct. Rect. Opt. M. D XIII. & M. D. XXII.

---

4 Sigiſmundus Marcellus J. U. Doct. Rector. Optim. ac inſignis M. D XXXI.

---

5 Joanni Buzzacharino J. U. Doct. ac Art. Lanæ Rector. publico decreto erectum dicatur, M. CCCC LXXXVI. *De hac F v. Ind. Inſcr. Urb. f. 623.*

---

6 Paulus Bradiolus, M. D XIX.

---

7 Octavio Livello Rect. opt. mer. Anno M. D XXVIII.

---

8 Daniele Blaſio Rect. M. D LXXII.

9 Petrus

De hac F. v. Inſ. Urb. Ind ad lit. C. fol 607.

9 Petrus Comes J. U. Doct. ac Rector inſignis. M. DXXIII.

10 Sigiſmundus Brunellus Jur. Utr. Doct. Rect. Opt. ac inſignis, M. DXXXI.

11 F. Alig Jur. Conſ. L. M com. voto erect. M. CCCC LXXXXVII.

De hac F. v. Inſ. Urb. Ind ad lit S fol. 621.

12 Franciſco de Sala Jur. Conſ. Rect. M. DXVI.

13 Matthæus de Montono Jur. Utr. Doct. Rect. Optim. Anno M. DXXII.

14 Hieronymus Campiſamperius Rector M. D. XL.

Iſte Nob Vir Hieronymus fuit juriſprudentia eximius, ſcripſit de Teſtam. ordin & de oblig. Fuitque magna cum laude pro Patria Orator apud Principem Venetum apud quem locuͤlentiſſime peroravit, *Scardeonius fol* 195.

De hac Nob Familia, vide Inſcript Urbis indicem ad literam C & fol 605 & Inſcript Agri ad literam pariter C in indice.

15 Marcus Mantua Benavidius Patavinæ Jur. Conſ. M. DXXXII.

16 Petrus Mantua Benav. Jur. Conſ. Nepos. Anno M. DLV.

17 Antonius Saviolus Jur. Conſ. Art. Lanæ Rect. Anno Domini M. DXXVI.

18 Annibal Filius Jur. Utr. Doct. Rect. M. D LXIII.

19 Auguſtino Niaſſo Anno M. DLXXXIV.

20 Ber-

20 Bernardinus Tergul. Jur. Utr. Doct. Rect. Opt. M. DLXVIII.

21 Vicentinus de Rubeis Jur. Utr. Doct. Rect. Optim. M. DXXXIX.

22 Jacobus de Rubeis Jur. Utr. Doct. Filius Rect. M. DXXXIX.

23 Nicolaus Bottonus Jur. Utr. Doct. Rect. Opt. M. DLXVI. 20. Decembris. *De hac F. v. Inſ. Urb. Ind. ad lit. B. fol. 604.*

24 D. Jo: Bart. de Flumine Rect. M. DXLVII.

25 Daniel Villa Jur. Utr. Doct. Rect. Art. Lan. M. DXLIX. *De hac F. v. Inſ. Urb. fol. 391.*

26 Manfredus Anſelmus Jur. Utr. Doct. Rect. Art. Lanæ, M. DLVIII.

27 Antonius Madii Baſſ. Jur. Conſ. Rectoris. Anno M. DXIV.

28 Horatio Blaſio Rectore, Danielis Filio, Anno M. DLXXX.

In Aula Superiori.

29 FRANCISCO SUPERANTIO amplitudinis nomini, ac benevolentiæ omniſque ſemper Lanificio auſpicatiſſimi, cujus Præfectura Paravium patrocinium Univerſitas æternum recolent, Anno Domini M. DCCIV.

D. hic F. in Inſ. Urb. Inſ. ad lit. C. fol. 605.

30 Beldomando Cando Artium, & Leg. Doct. Rect. Optim. M. CCCC LXVIII.

---

31 Antonio Cando Filio J. U. Doctor. & Equit. Rect. inſigno, M. DXXIV.

---

32 Petro Cando, Antonio Filio, J. U. Conſ. Rect. equiſſimo, Anno Domini M. C XLIII.

---

33 Beldomando Cando juniori J. U. Conſ. Rector. benemeritò, Anno Domini M. DIC.

D. hic F. in Inſ. Urb. Inſ. ad lit. B. fol. 602.

34 Franciſco Bariſono, Rectori meritiſſimo, Gabriel Carbonus, & Laurentius Bernardi ejus virtuti, & munificentiæ obſequentiſſimi poſuerunt.
Anno Salutis M. D C XXX.

---

35 V. C. Jo: Paulus Tarviſius Eques Jur. Conſ. Paravinus, veterrimis enucleatis ſanctionibus, recenſioribus compilatis albo recenſo nullis laboribus indulſit, ut Univerſitas genio indulgeret, ut ipſius privilegia ſarta tecta conſervaret promeritò exinde in ſecundo regimine hoc ſymbolum devotionis nunquam intermoriturę.
Anno Domini M. D C XXXXVI.

---

36 Gloriæ, & immortalitatis OTTONELLO Diſcalcio Viro integerrimo morum candore, genere, & virtute conſpicuo Rectori, ac Pro-Rectori ſuo beneficentiſſimo Lanarum opifici cura; ac immunitates ſuas acceptas referentes monumentum gratis, & memores ſalutis.
Anno Domini M. D C LI.

37 Ca-

37 Camillo Cavino præmita dicendi, jus dicendi, ac tuendi dexteritate, per magna Patrono Tutelari Rectori egregio, cujus opera privilegia firmata omnium pectore aras conſtituunt inſignium grati animi Mercatores P. C. M. DCIL.

De Joanne Cavinio, qui artem cudendi antiqua numiſmata revocavit in lucem. *Vide Inſcript. Urbis fol* 118 *num.* 20.

---

38 Marco Triviſano J. U. Doct. Rectore optimo. Anno Domini M. DLXXXX. *De hac F. v. Inſcrip. Urb. ad lit. T fol* 624

---

39 Michael Quarantotus J. C. & in florentiſſimo Gymnaſio Patrio Patavino Juris Pontificii Ordinarius interpres Anno Domini M. DLXXII. poſt Fratris verò Rectoratu III. Nobilis, & dilectiſſimus huic Univerſitati equiſſ. Rector præfuit.

---

40 Sebaſtiano Marzollo hoc ſingulari teſtimonio, quod nulli antea Rect. in biennium adminiſtrationis, exprimat quantum debeat Artis Lanificæ Sodalitatum. M. DCXXXVII. & M. DCXXXVIII.

---

41 Camillus Quarantotus Legum Doct. Nobilis, Univerſitatis Rector amantiſſimus ſedit, Anno M. DLXXXIX.

---

42 Andreæ Bonzanino J. U. Doct. quem hujus Univerſitatis Rectorem tum ſinguli, cum univerſi, perpetuò utpote Tutellari patrono perenne hoc obſervantiæ teſtimonium P. C. Lanar. Mercat. Anno M. DCLXII. *De hac F. v. Inſcrip. Urb. f.* 308

---

43 Joanni Antonio Bonfilio Nob. Patav. Jur. Utr. Doct. quem J. U. Doct. Kal. Maii Anni 1655. & tertio Lanificii Rectoratu improba mors abſtulit; Filius ſucceſſit Achilles Publicus Ordinarius Profeſſor, utrique ſub onere forti, virili, diligenti debitæ gratitudinis exhibet ſig-

num Patavinum Laniſicium die prima Januarii.
M. DCLVIII.

---

44 Sebaſtiani Marzoli J. C. tertio Rectoratu egregiè, honorificè, utiliter functi optimè merito ſemper memorandi, venerandam effigiem in obſervantiæ, & gratitudinis teſtimonium ad memoriam perennem Laniſicii Univerſitas poſuit. Anno M. DCLIII.

---

45 Petro Leonio J. C. Rectore,
Anno M. DXXXXV. & M. DLXNV.

---

46 Laurentio Caſtellano J. Conſ. Rector. opt. mer.
MM. PP. M. DCXXXII.

D. O. M.
FRANCISCO FANTINATO Patav.
Laniſicii
Alumno, ac Propugnatori
Ob frequentem, & impigram
Pro Collegio
Navatam operam.
Grata Univerſitas P.
Anno Domini M. DCCIII. die xv. Septemb.

D. O. M.
SEBASTIANO VARESE Patavino,
Laniſicii conſocio optimè merito
Integrum penè ſæculum,
Honeſtiſſimè emenſo,
Ævique digno longioris,
Hoc perenne affioris, & honoris Grat. Monum.
Univerſitas decrevit, Poſuit
XI. Kal. Aprilis, M. DCCVII.

In

In Aula ſuperiori in Marmore.

Aloyſius Corradinus, Herculis Filius, Collegio noſtro Præfectus, iterum ejuſdem Patronus perpetuò juriſdictionem protexit, jura propagavit, Fulonicæ antea novæ domum ſtratam, officinas inſtructas, aquam perennem attribuit. Anno...

Ibidem in alio lapide.

Has Ædes ob peſtem ignis conſumptas, Herculis Corradeni recto poſt luſtrum Urbi, Lanæque Collegio reſtituit. Anno Domini M. D LXXXI.

Aloyſii Angeli Publici Juris Profeſſori, quam hujus Univerſitatis teſtationem ſinguli, tum univerſi cooptarunt, & ſinguli, & univerſi perpetuò, utpotè Tutellari Patrono perenne hoc obſervantiæ teſtimonium pon. cur. Lanarum mer. poſ. Anno M. DCLXVIII.

Ab hoc non procul alterius in candido marmore.

LAURENTIO SUPERANTIO Equiti ampliſſimo, pacifero Numini ob diſcuſſam diſſidiorum procellam, deditam Collegio tranquillitatem, merita meritis, munera muneribus cumulanti. Lanificii Univerſitas Patrono ſuo clementiſſimo, & obſequentiſſimo viventibus, futuriſque monumentum poſ. Anno Chriſti *M.DC XCVIII.*

Hujus præſtantiſſimi kna induſtria, pax cum Turcarum Rege apud quem Extraordinaria Legatione fungebatur anno 1700. firmata eſt.

Erant hic Anno M CC LXXXIX. ampla Domicilia PETRI CARRARIENS. qui Comes dicebatur, quæ poſtea CARRARIENSIUM PRINCIPUM munificentia Arti Lanariæ conceſſa ſunt. Tomaſin. de Gymnaſ.

Vide omninò ſupra fol. 8. Monumentum antiquum, in quo de Junio Sabino, quatuor Viro Collegii Centonariorum, ſeu Collegii Lanificum Patrono.

In Arce, ſeu Caſtello Urbis ad Pontem ligneum, in ſuperiori limine Ædium Proviſoris.

HIERONYMUS MARIPETRO Proviſor.

Ad Sanctum Antonium.

Extra domum, in cujus angulo Statua Sancti Antonii, in pariete altiùs à Terra meridiem verſus, in quadrato lapide literis Longobardis.

Hæ Domus factæ fuerunt de Bonis Magiſtri Alidaſii de Jovelis de Ferraria. M. CCCC III.

In Vico, vulgò di Piove è regione Eccleſiæ, ubi Hoſpitale Filiorum expoſitorum, viſitur pulcher Puteus in cujus quadrata Coronide legitur:

Urbis Quatuor Virorum
Co. JOANNIS DE LAZARA,
OBIZZI CAMPISAMPERII,
PAULI BRADIOLI,
Co: SCIPIONIS ZABARELLA, Juſſu.
Paulus Bonellus è Vico Sancti Blaſii huc translatus.
Anno M. DCXC. Die XVIII. Septembris.

Extat alter Puteus in Vico Sanctæ Luciæ ante Portam Ædis, ut fertur Petri Aponi. *De quo vide* Scardeon. fol. 200. & Inſcriptiones noſtras Agri Pat. fol. 160. *Ex populi fama leviſſima habetur, hunc Puteum ab* Apponenſi *huc arte magica fuiſſe delatum, cum intra domum ejus eſſet; ne haurientium ſtrepitus ejus turbaret quietem, & pauperum commodo præſto eſſet.*

IN

IN ÆDIBUS CIVIUM.

In Vico Rogatorum, ad paginam 541. num. 66. Inſcriptionum Urbis, inſuper liminari Januæ cujuſdam humilis domus exterius picturis ornata magnis literis.

1 INTUS QUOD FORIS VIDES.

Ad Pontem Sancti Laurentii in Ædibus Comitum de Collalto, in Aula ſuperiori ſimulacris, & inſcriptionibus Heroum Familiæ ornata, ſub fictiles immagines Antonii, & Mirandæ Capivac.

2 ANTONIUS Capivaccius, Paradiſius Eques, Venetæ Reipublicæ Collateralis, Generalis ter maximis præfecturis à Cæſare ornatus. Qui pro laborante Patria laborans omni animi magnitudine fideique conſtãtia ſuperavit.

3 MIRANDA Capivacca, Antonii Filia, Patriarum virtutum opum unica hæres, Rambaldi Com. Collalti Uxor, ſanctitate morum, prudentia, & pietate percelebris.

Ad Sanctum Benedictum Monialium.

In Ædibus ſplendidiſſimis LAURENTII SUPERANTII, Equitis, & Sancti Marci Procuratoris Regia ferè magnificentia ornatis, ad aſcenſum Scalarum, quæ bina ſunt, in duas partes dividentes, ſupra columnam marmoream aſpicitur Icon variis exornata inſignibus Principum, apud quos SUPERANTII variis functi ſunt legationibus, nec non inſignia Civitatum, quarum Præturas, aut Præfecturas Idem SUPERANTII glorioſè obierunt.

Legitur

Legitur hæc Inſcriptio.

1 A SUPERANTIIS Fratribus Franciſci Filiis ſummis cum laboribus, vigiliis, officiis pro Reipublicæ dignitate, & incolumitate rerum, terra, marique geſtarum inſigne ſuæ Familiæ ornamentum, & poſteris præbet virtutis exemplum.

Poſt Inſcriptionem.

2 Legationibus peractis XVI. Alteris commiſſis VI. Præturis, ac Præfecturis V. Generalatus IV. Triremium VIII. ex quibus Fanalibus IV.

Sub hac Inſcriptione in duplici Navali Bello ibidem picto.

3 In Navali Victoria | Hoſtibus fugatis,
Morte fortiter obitu | Opidis ſtrictiſſimè expugnatis.

Inferius poſt Inſignia Summi Pontificis B. PII V. Ord. Præd. Regis Hiſpaniarum Philippi III. & Reipublicæ.

4 FŒDERIBUS SACRIS.

In ipſa columnæ ſtat appenſa Tabella marmorea auratis literis, hanc præferens Inſcriptionem.

5 JACOBO SUPERANTIO Equiti V. C. nullo hactenus exemplo, cum ſumma XV. Poteſtate Legato, Urbe cædibus liberata, Pace, Quiete, Securitate reſtituta, legibus in perpetuum confirmata, contra Turcas maxima molientes Claſſis Capitaneo Generali declarato, M. D LXXVII. cujus pietatem in Patriam, Joannes Frater Eques V C. poſtmodum imitatus Prætor, ſeviente peſte

peſte Urbem ingreſſus ea maximo ſtudio, & periculo repreſſa, ſervatis Civibus Civitatis ſtatum reparavit, M. D LXXVII. Brixia Civitas D.

6 Heroum è ſuperis geſta non animo labentia JOANNE SUPERANTIO Equite, nepote poſt præclara Legationum munera apud Belgas, Anglos, & Gallos in Prætura ætatis ſuæ, & ſæculi annorum XXXVII. Prætoris longè laudem ſuperante Brixia D. D. reſtituit currente Sæculo XVII.

Ibidem in alia Tabela.

7 Sublatis decreto Senatus Publicis Monumentis ne SUPERANTIA oblivione mergerentur Tabulam hanc obtulit Brixia, ſtatuitque dignum LAURENTIO Benefactori donum reparatam avitæ beneficentiæ memoriam, Anno Salutis M. D CXCIII.

Sic ſua ſibi ſervatis grato animi obſequio
Noſtra nobis ſervet auguſta Tutela.

Ad Spiritum Sanctum.

In Ædibus Com. ANTONII DE BUZZACHARENIS *Equ. Sancti Georgii à ſecretioribus Conſiliis Status* SERENISS. DUCIS MANTUÆ, *& apud eundem rei tormentariæ Generalis Præfectus.*

In Splendido Marmore parieti fixo.

1 Æræ Chriſtianæ Anno M. DCCVI. IV. Idus Februarii FERDINANDUS CAROLUS Dux Mantuæ, Montisferrati &c. Pius, Clemens, Munificus ac Patris ANTONII Comitis de Buzzacharenis Equ. Nobile ac diuturnum

turnum obſequium preſſiori beneficentiæ ſignificatione teſtaretur, ejus Filium Ferdinandum Carolum Comitem è Sacro Baptiſmatis fonte ſuſcepit, Sancti Damiani Marchionem edixit, in auguſtam Familiam GONZAGAM adſcivit, inſeruit, adoptavit. Facta illi ac Poſteris poteſtate explicandorum inſignium ſuorum, retinendique tam excelſi cognominis. Horum omnium memor eſto grata Poſteritas, tantumque beneficium meditata poſt eum, quem ſibi natura Principem fecit, Duces GONZAGAS, quos ſibi fides, & obſequium fecit, ad agnatos præ cæteris omnibus Patronos, fide itidem & obſequio retineto.

In Ædibus Nobilis Com. Obicis de Campo Sancti Petri apud Sanctum Leonardum.

In Area ſuper Effigiem velatam ritu Sacerdotali.

1 MV. MORNIO. Q. F.

Ibidem in duobus antiquis lapidibus.

2 TI. CARTORIO
TI. LAM. EROTI
CARTORIE APTAE
CARTORIUS SIBI, ET SUIS.

Ibidem.

3 C. POMPEJUS. C. L.
LEPIDUS SIBI ET
POMPEJE C. L.
PRIMAE
TESTAMENTO
FIERI JUSSIT.

In

In ſuperiori Porta novæ fabricæ ad cubicula, quæ flumen reſpiciunt.

4 Struxit à plantis partem, cui flumen adhæret
Formans OBICIUS cætera reſtituit.
Anno Domini M. DCLXXVIII. Kal. Aprilis.

Is enim domum vetuſtam nimis reparavit, auxit & ſpecioſam reddidit mihi amicitiæ, & benevolentiæ conjunctiſſimus.

In Domo Comitum de ABRIANIS, apud Pontem Sancti Joannis de Navibus.

1 Majorum Ædes vetuſtate labentes ad nobiliorem formam reſtituit LAURENTIUS Abrianus Hectoris filius.
Anno effracto capite Serpentis M. DCXXIII.

Apud Sanctam Julianam in Ædibus Comitum de LAZARA picturis vetuſtis, hæc cuncta leguntur in Thomaſino Inſcription. Urbis fol. 365.

1 DCCCCLVIII. Pietro Lanſcier Caval. Franceſe di Parigi, accaſatoſi con Lazara Nobile Padovana, Signora del Caſtel di Conſelve, qui fermò la ſua Caſa cognominato de Lazara.

Ibidem in interiori Cubiculo.

2 Fortunato Guerriero,
Che prigioniero à così bella Dama
Voli ov'amor per lei t'accenna, e chiama
Di queſta Donna le bellezze conte
La fronte, gl'occhi ove ſi ſpecchia Amore
Al feroce Campion rubano il Core.

R 3 Marc.

3 Marc'Antonio fù del Nob. Domenico de Lazara, & Antonio ſuo figliuolo non ſenza dubbio, che la preſente Loggia da i Nobili della Famiglia de Porcilini già fabricata per la morte di Chiara maritata al Nob. Domenico Barbò da Soncino, ultima della predetta Famiglia, avia mediante Giovanna ſua Figliuola del predetto Domenico de Lazara in loro pervenuta, & dall'antedetto in primogenitura col rimanente dell'albergo, e ſue pertinenze ne diſcendenti di Marc'Antonio eretta, dall'antichità ridotta all'eſtremo pericolare, la riſtorarono aggiontovi il Pavimento di pietra, & altri ornamenti.

M. D CXXVIII.

In Vico Burgeſii dicto, ad Sanctum Jacobum. In limine ſuperiori Portæ exterioris vetuſtiſſimæ domus COMITIS, & NICOLAI DE CAMPOSANCTIPETRI, ſub Stemmate Leonis erectis.

1 INTRO. AGE. TE. PROBITAS
ABSISTE NEQUITIA.

Apud Sanctum Matthæum in Ædibus Nob. Comitis FRANCISCI MARIÆ CITTADELLA.

1 P. CAECILIUS. P. L.
LICCAEUS
IIIIII. VIR
JUNIAE. C. L. FAUSTAE
CONCUBINAT.
SIBI, ET SUIS.

O BRA-

O BRAETIUS
MAFFAB
ALIUS
TESTAMENT.
FIERI JUSSIT,
SIBI ET SUIS.

Ex hac FAMILIA CITTADELA, Frater ALOYSIUS ſeu LODOVICUS Eques Hieroſolymitanus militavit voluntarius in Hungaria, ſub auſpiciis CÆSARIS, mox ſub ſtipendiis SERENISSIMÆ REIPUBLICÆ VENETÆ in Illyrico, ac munere Tribuni functus; inde in Peloponeſum traslatus, ubi ob geſta fortiter, & ſtrenuè peracta ad Generalem Præfecturam, rara exemplo, evectus, ſe Publico bono, ac gloriæ utiliter, ac preclarè impendit.

Non de hoc ſola CITTADELA, ſed de tot aliis NOBILIBUS PATAVINIS, qui hac noſtra ætate fortiter, & glorioſè militarunt pro SERENISSIMA REPUBLICA Creta in Peloponeſo, in Dalmatia, & ſub auſpitiis CÆSARIS in Germania, Beglio, & Pannonia, vide Epiſtolam ad Lectorem Libri noſtri de Inſcript. Urbis.

In Vico ſica ſtricta nuncupato apud Eccleſiam Monialium Sancti Matthæi.

1 Videntur in hoc Vico domunculæ quinque ſupra quarum Portas picta ſunt inſignia Familiæ de Ulpe his lit. J.U. quæ indicant JACOBUM de Ulpe. Is enim teſtamento edito anno 1423. 26. Septembris, diſpoſuit ut domunculæ ædificarentur, & habitationi quinque Viduarum pauperum boni nominis, concederentur.

Ad Divum Antonium, in ſplendidas Ædes JOANNIS BAPTISTÆ CORNELII Sancti Marci Procuratoris.

In Tabella ſub Immagine.

Europæ oras omnes, & ora, ſcriptorumque
Calamos pervaſit
HELENA LUCRETIA CORNELIA PISCOPIA
Septilinguis idiomatis
Græc. duplicis, Lat. Ital. Galli, Hiſpan. Hæbraici
Peritiſſima,
Nec non eorundem ſingulis in artibus, ac ſcientiis
verſatiſſima:
Melos ore fudit coram Principibus,
Orbem circino concluſit.
Tam mirabilem Virginem
JO: BAPTISTA CORNELIUS D. M. Procurat. Ampliſſ.
& JOANNA BONA Genitores, Orbi dedere.

In altera Tabella.

HELENA LUCRETIA CORNELIA PISCOPIA
JO: BAPTISTÆ D. M. Procur. Filia
A Patavino Lyceo publicè Laureata
In Philoſophia, in Eccleſia Cathedrali
In Capella B. Virginis, die Sabbati 25. Junii 1678.

Aligerum quotquot numerantur in ordine, dotes
Sunt HELENÆ, atque novem continet illa choros.
Ergo ſibi ſimilem ſola inter Numina quærat,
Inter Mortales non habet illa parem.
Sole velut ſolo celſus lætatur Olympus,
Sic HELENÆ ſola jactat ornare ſolum.

ÆP.

APPENDIX INSCRIPTIONUM *AGRI PATAVINI.*

APONUS, vulgo ABANO.

Aponus rus amœniſſimus, in quo Thermæ percelebres, de quibus Claudianus *Agri Pat. fol. 339.*

Fons Antenoreæ vitam, qui porrigis Urbi
Fataque vicinis noxia pellis aquis, &c.

Miram continentiæ vim in his aquis eſſe Caſſiodorus recenſet; *nam in undam, in qua viri reficiuntur ſi mulier deſcendat, incendi, exuri, ait: Cæterum præter reliqua loci ornamenta ferunt mille pedum porticum ibi olim extructam fuiſſe, hortis, & nemoribus decoratam, vinetis, & opiariis excultam, ut locus non minùs ſalubritate aquarum, quàm cæteris ornamentis, reliquis anteiret.* Pignorius fol 53. *agens de religione, quam Trojani in Italiam detulere, ſcribit,* Æneam *Penates advexiſſe (erant eorum effigies ex ligno, aut metallo, aut marmore) ut idem Æneas apud Virgilium fatetur:* 3. Æneid.

furor exul in altum
Cum ſociis, natoque Penatibus, & magnis Diis.

Horum antiquitus fuit Ara in hoc vico inſcripta.

1 DIS PENATIBUS.

Conſpi-

Conſpicitur hodie Patavii in columna cujuſdam domus propè Gymnaſium, quæ ad Lanienam ducit citra pontem: eſt autem omnium Inſcriptionum, quæ Patavii ſunt, & fortaſſe in tota Europa antiquiſſima. Scribit Pignorius. Scardeon. fol. 61. *Monumentum hac forma integrum refert.*

Caja Atia Caii filia prima ſibi, & Quinto Sicinio Marci filio viro ſuo vivēs fecit in fronte pedes viginti hunc locum, & monumētū hæres non ſequitur.

2

C. ATIA C.F.
PRIMA SIBI
ET Q. SICINIO. M.F.
VIRO SUO
IN FRONTE
P. XX.
H. L. ET. M.
H. N. S.
DIS PENATIBUS.

In Templo S. Laurentii juxta Aram B. V. à Roſario in pariete marmor elegans, in cujus peripheria.

3 Piis manibus Illuſtriſſimi, ac Excellent. D. D. VVenceslai Ferdinandi S. R. I. Comes Popel. de Lobkovitz Domini in Bilin, & Ejebshauſent S. C. Regiæque Majeſtatis Camerarii, Conſiliarii Status, ac Equitis aurei velleris, hoc Monumentum mœſtiſſimi hæredes PP.

In corpore Petra Epitaphium.

D. O. M.

4 A Chare ſteteris viator: ſtatim præterim, curſim lege, perperim luge: ah! quantus viator, hic præteriens præterit. Sic præterit figura mundi. Foris Auſtriaci Mercuris Pentagloſſus ad Aquilas, Lilia, Turres, Leopoldi Imper. ter Auguſti, ter Orator, emenſo Orbe: quem cognato, purpuris ſanguine, virtute, ſapientia attonuit; demum Vindobonam redux, & valetu-

dinis

dinis gratia ab itinere diverrens, ubique quæſitam, Apponi, repetit ſalutem. Hic medico pedes imbuit cœno, at eluto mortalitatis luto animam induit Cœlo. Ita per lutum, aquam, ignem tranſivit ad refrigerium Empireo quàm piæ maturo, faſtis, quàm faſtis dignior. Trepidaverat paulò ante tellus non tam ruinæ præſaga, quàm indignata: Aut tantis parem meritis ſibi lauream deſieri, aut tantum eripi Reipubl. Atlantem flammantes lacrymas, madentes flammas adfluere funeri tres pupilli, plures pupillæ: Euganeo Thermas daturæ clivo, niſi haberet. Poſthac ergo bis Kalendas flebis undas ter flebile Aponon heu! Magnus viator, luce Sanctæ Luciæ. Anno M. DCLV. Luce Sancti Lucæ, Anno M. DCXCVII. Luci fluxæ natus fulſit, denatus fluxit. Lux perpetua luceat ei.

Humi in Templi fermè medio.

5 Magni Miniſtri Illuſtriſſimi, & Excellentiſſimi D. D. VVenceslai Ferdinandi S.R.I. Comes Popel. de Lobkovitz Domini in Bilin, & Liebſt urna celantur, majora elogia, in pariete celantur.

Exuviæ triſariam ſepultæ:

E P I G R A M M A.

Pars hìc, pars Bulinæ, pars Pragæ; nempè jacere
Uno non potuit tanta ruina loco.

---

6 D. O. M.

Prudentiæ Salineriæ Nob. Patav. Joannis Alexii Uxori ſuperſtiti ſuaviſſimæ è vivis fato ſublatæ, ſed animi ſui virtute, & immortali fama Franciſci Fratris olim in Patrio Archilycæo Juris Profeſſor. clariſs. nunquam interituræ, ne abeſſet à cineribus Lucretiæ Matris dulciſſimæ, Cognati

gnati filiuſque Joann. Anton. J. C. Alexii mœſtiſs. M.H.P.
Anno Domini M. DCXCVIII.

De hac Nob. Familia de Aleſiis, hæc Rolan. fol. 65. Antonius Judex, Ugolinus, & Alexius frater filii, q. Domini Jacobi de Alexio Judicis Pad. juſſu Actiolini capti ſunt, & in obſcuriſſimos carceres conjecti, ibi fame, & tabe conſumpti vitam miſerimè finierunt, Anno 1251.

Ante portam Meridionalem in rubro marmore quadrato.

7 Diamanti Marſiliæ Nob. Patav. Uxori Thomæ Silumi Nob. Cyprii, ac Paduæ municipis, honeſtate, cæteriſque animi dotibus ſpectatiſſimæ Anton. Mariæ egregiæ Parentis indolem reveritus hoc doloris, & Amoris ſymbolum poſuit anno 1695.

Divo Laurentio.

8 A Fundamentis inſtauratum Archipresbytero
Antonio Alberto, Anno M. DCXVIII.

In Æde Archipresbyteri in Aula ad pag. Agri 163 n. 18. lege.

9 Sigiſmundus Capiliſtius defuncto Ludovico Archipresbytero ejus Patruo, nolens ſacris initiari, ceſſit hanc Eccleſiam Daulo Docto 1565. Paulus Doctus per renunciam 1565. Oratius Quarantaotto 1572. per renunciam.

In Angulo nitrariæ publicæ, ſub Icone marmorea Divi Antonii.

10 Protector Territorii anno 1583. die XXV. Auguſti.

Agri Pat fol. 362.

ANIA, *vulgo* AGNA.

Nomen Familiæ Romanæ, ut obſervavimus in Libro Inſcriptionum Agri Patavini fol. 362.

In hoc Vico, ubi antiquitus Caſtrum erat, & via Adriam verſus patebat, eruta ſunt anno 1650. in latifundiis Nobilium

Papa-

Papafaviorum, ubi innumera antiquitates veſtigia quotidie reperiuntur, tegula alta pedes duos, uno cum dimidio lata, ſignata,

1 L. B L A N.

Tegula ſepulti hominis ſignũ Figuli nomine ſignata. Urſat. Mon Pat fol. 178.

In Archipreſbyterali Sancti Joannis Baptiſtæ ad Altare Divi Laurentii in cornu Epiſtolæ,

2 D. O. M.
Altare hoc
DIVO LAURENTIO DICATUM
A' Reverendiſſimo Laurentio Sanfirmo
Eccleſiæ hujus Archipresbytero conſtructum.
Monumentum hoc
Ad perpetuam rei memoriam
ALEXANDER PAPAFAVA FEDERICI Filius,
Nobilis Paravinus, & Venetus,
Hujus Eccleſiæ Protector,
Faciendum curavit.
Anno M. D CCII.

Ibidem in cornu Evangelii.

3 D. O. M.
Franciſcus, & Fratres Sanfirmi
Cives Veneti
Hane Aram Divo Laurentio dicatam
Pleno jure dederunt
Alexandro Papafava Federici filio
Nobili Paravino, & Veneto
Et ejus Poſteris,
Die X. Februarii M.DCCII.

In Templi medio Marmor album.

4 Hic Sacerdotibus tantum
Donec
Tuba ſparget ſonum
Per ſepulchra.

Humi propè Aram Sanctiſſimæ Crucis in albo lapide.

5 D. O. M.
Vincenzo Mingoni
Per sè, Heredi, e Succeſſori ſuoi.
Anno Domini M.DCXCIII.

Juxta Aram Beatæ Virginis de Carmelo.

6 Hic Catharinæ Danielerti
Ætatis Ann. LXXV.
Jacent oſſa,
Quibus
Monumentum hoc
Franciſcus mœſtiſſimus Filius
Eccleſiæ hujus Archipresbyter P.C.
Obiit Anno M.DCC. die XXVI. Januarii.

Ab hoc non procul.

7 Sepulchrum Antonii Zanellati, & Hæredum.

In domo Vincentii Mingoni Architecti intra, ſuper oſtio Majoris Januæ in albo lapide.

8 Gratiæ diviniſſimi ſpiritus è montibus æternis humilia reſpiciente, domus hæc ex nihilo fermè creata eſt, coo-
peran-

perantibus laboribus, induſtria, & diligentia Vincentii Mingoni Architecti,

Anno reparatæ Salutis M. DCLXXX.

IN COMITATU S. ANNÆ.

Jus Patronatus HIERONYMI MAUROCENI. *Agri Pat. fol. 215.*

In ſplendido Palatio, ſupra in cubiculis ad Orientem in pariete marmorea tabella, cum immagine.

1 Verna puer, puer ò mi Verna quis ah quis ab ara
In tenebris rapuit perditas heu morerer.
Hic ſecum aſſiduè loqueret ni ſæpè jocando,
Falleret, hic dum continuò inſpicio.
Semper ero tecum, & ſi me ſopor occupet; umbram
Te umbra petam: ergo unquam ne timeā abs te abeā.

In eodem cubiculo, in alio marmore.

2 Injice ſi pietas unquam eſt, & ſuſpiria imple
Mecum hoſpes lacrymis marmoris hoc vacuum.
Nam fermè exemplum periit, cum obiit mea Lyda,
Quam periere homines, vel periere Dii.

ANGUILLARIA VICUS, vulgo ANGUILLARA.

Agri Pat. fol. 359.

Vicus olim Carrarienſium, qui ex eo quoque dicti ſunt Comites Anguillariæ: qui pro ſuo inſigni ferrebant, currum rubeum à duobus Anguillis junctis tractum, ut latè adnotavimus in Libro Inſcriptionum Agri Patav. fol. 349.

In Lapide marmoreo ad Pontem Gorzoni fluvii Anno M. D LVIII. juſſu Senatus aperti. Præſide NICOLAO ZENO Catarini Filius, juxta viam vici Anguillariæ.

G. G. Anno Domini M. D LXXI.
Opus Joſephi Apontoni Veronenſis.

Agri Pat. fol. 291

ARCELLA.

In Eccleſia ubi Divus Antonius de Padua glorioſè obiit, ad Aram recenter erectam.

D. O. M.

Queſto Altare è ſtato eretto, e donato da Noi Gio: Battiſta, e Carlo Fratelli Scarelli q. Felice per noſtra pia divozione al Glorioſo Sant'Antonio in ordine alla benigna conceſſione, e licenza dataci dalle Reverendiſſime Madri della B. ELENA come Padrone di queſta Chieſa, e Campi ad'eſſo aderenti, con aſſenſo delli Nobili Signori Co: NICOLO Fraſcati, & Co: FRANCESCO Maria Cittadella Protettori di eſſo Venerando Monaſtero, dal qual Altare ne habbiamo fatto perpetuo dono alla medeſima Chieſa.

Anno Domini M. DCCIII. XVIII. Agoſto, appare Inſtrumento Publico Nodaro Paolo Gnagnoti Pad.

Si racorda che li ſudetti Fratelli Scarella hanno anco donato molti ſuppelettili neceſſarii al detto Altare, e particolarmente una belliſſima Croce arrecchita di Sacre reliquie.

ARIA

ARRIA, vulgo ARRE.

Nomen accepit ab Arria Nobili, & antiqua Familia Patavina, ut latè oſtendimus in Libro Inſcriptionum Agri Pat. fol. 365.

In Eccleſia Aſſumptionis Beatæ Virginis, ſuper oſtium Sacrarii in Lapide.

1 Templum hoc Anguſtum, nimis, ac temporis injuria rimoſum pus, fidelium eleemoſynis de novo conſtructum fuit. Directore, ac Rect. admodum Reverend. D. Alexandro Gritti J. Utr. Doct. Cremenſi. Anno M. DCXCVI.

ARINUM, vulgo ARIN.

In Archipresbyterali Eccleſia Sancti Michaelis in Sacrario altius in Tabula Lapidea. *Agri Pat. fol 269.*

1 M.DCXC. D. O. M.
Memoria d'obligo alla Fraglia della Chieſa di San Michieſ di Rin di far celebrar Meſſe 16. Annue per il Legato Zabeo nella ſudetta Chieſa.

---

2 *In excelſa, & affabre nuper extructa Turri Nolaria ſub regimine Franciſci Franciſconi, olim Rectoris Taurilia, nunc Archipresbyteri digniſſimi hujus Eccleſiæ. M. DCCL*

ARQUADUM VICUS, vulgo ARQUA. *Agri Pat. fol 130.*

Sicut præclariſſimi, Actorum Eruditorum Lypſiæ Collectores Tom. III. Sect. 4. fol. 172. *inquiunt, collis amænus, atque cultiſſimus, vino dulciſſimo abundans, & ſepulchro Petrarchæ celeberrimus.*

Olim

Olim in Aulæ inferiori domus Vicarii ſub Immagine Lauræ, & Petrarchæ hæc legebantur.

1 Carmina Laura tuo facta eſt divine Petrarcha
Notior Eois, notior Heſperiis.
Portò illa Eximiæ perfecit munere formæ,
Ut caneres Sanctis carmina digna Deis
Ne ceſſate bonos pulchrè redamare Poetas
Dominæ etenim occiduæ nominis hi reparant.
Vos cauti Vates pulchras redamate viciſſim, ut
Concilient veſtris ſæcula carminibus.

Memoriæ reſurgens Franciſci Vatum politiſſimi, & Lauræ formoſiſſimæ LAURENTIUS PIGNORIUS ſobriæ, & caſtæ antiquitatis ſupra fidem admirator genio ſavente P.
Obiit Laura Avinioni die 6. Aprilis Anno 1348. annorum XIV. ſepultaque eſt in Æde Patrum Minorum Sancti Franciſci, dum Petrarcha Veronæ cum Principibus Scaligeris moraretur; hoc ſepulchrum ſequenti Elogio honoratur.

2 D. O. M.

Et memoriæ æternæ D. Lauræ cum pudicitia, tum formæ fœminæ incomparabilis, quæ ita vixit, ut ejus memoria nullo ſæculo extingui poſſit.

Reſtituerunt veterum monumentorum peregrini indagatores D. Chriſtophorus de Allegre Equ. Luſitanus, & Gabriel Simeonius Florent. IV. Idus Aprilis Anno 1558.

Sola manet virtus cætera mortis erunt.

Conſpicitur Ticini in Æde Sancti Franciſci in ſtrato marmore penes Oſtium auſtrale Franciſcæ Petrarchæ Filiæ, quam florente ætate Mediolani ſuſceperat, & Franciſcó Broſano Cive Mediolanenſi nupſerat hoc Epitaphium.

3 Franciſcæ parienti peremptæ Franciſci Petrarchæ Laureati Filiæ, Franciſcolus de Broſano Mediolanenſis Maritus P. Obiit Anno M. CCCLXXXIV.

Papiæ

Papiæ quoque aſpicitur ſequens Epitaphium, quod inſculpi juſſit Franciſcus ſepulchro, Franciſci Filii Franciſcæ filiæ ſuæ, qui cum ibi Petrarcha moraretur, mortuus eſt.

4 Vix Mundi novus hoſpes eram, vitæquè volantis,
Attigeram tenero limina dura pede.
Franciſcus Genitor, genitrix Franciſca ſecutus,
Hos de fonte ſacro nomen idem tenui:
Infans formoſus, ſolamen dulce parentum,
Hic dolor; hoc una ſors mea læta minus.
Cætera ſum felix, & veræ gaudia vitæ
Nactus, & æternæ, tam citò, tam facilè.
Sol bis, luna quater flexum peragraverat Orbem,
Obvia mors, fallor, obvia vita fuit.
Me Venetum tertis dedit Urbs, rapuitque Papia,
Nec queror, hic Cœlo reſtituendus eram.

In domo Petrarchæ, quæ poſſeſſorem ſortita Marcum Antonium Gabrielum Nobilem Patavinum: ſuper Oſtium.

5 HIERONYMUS GABRIELIS RESTITUIT.

Super Valvam, per quam ad hortos, & colles aditus patet.

6 Impunè hinc Ceterem ſummas impunè Lycenum
Intactos habeat dum mea lautus opes.

Dyſtichon iſtud Aloyſius Corradinus antiquitatum peritiſſimus in ſuas Ædes traduxit, ubi ad cellam vinariam ſaxo literis uncialibus inciſum ſpectatur.

In hac Franciſci Petrarchæ domo, veneranda ſuperſunt vetuſtate, magna cura à fundi hera religioſè conſervata, ex illius ſuburbana ſuppellectili, SEDILE, hoc Epigrammate à Pignorio V. C. celebratum.

7 Hoſpes ades, tenuemque procax ne deſpice Sellam
Terpſichore qua vix aurea majus habet,
O' quoties varum hac ſedit clariſſimus olim
Dum canit ad Tuſcam carmina culta Lyram.
Cum rigide ad numeros morare cacumina quercus
Conſpectæ, & rabiem ponere juſſa fera eſt.
Phœbe Pater quid cellam, ac ſi ſuperaddere ceſſas?
Dignior haud currus inſtruet ulla tuos.

His ſubjicio Dyſtichon JOANNIS RHODII DANI, celeberrimi Viri ad Abachum.

8 Limpida ſervavi menſis chryſtalla Petrarchæ
Simplicitas ævi, quæ fuit inde patet.

Nec prætereo verſiculos Jo: Argoli raræ eruditionis juvenis.

9 Diogenis parvæ non concedentia teſtæ
Qui ſpectas veteris ligna vetuſta domus;
Hic ABACHUS; Varis cui debet Etruria laurum
Quem fama eſt tenui ſæpè oneraſſe luto:
Vaſa miniſtrabat facili Campania limo
Ponebatque humiles Creta dolata dapes:
Non hic Mentoreis inſigne Toreuma lacertis,
Diffuſum in tabulis non rutilabat ebur.
Ornamentum ABACI, vitrus conviva Tonantis
Quæ ſine non ſuperum fulget honore pelops,
Si nunc Diogenis Pellæque rediret alumnus
Utraque Pelleo cognita tecta forent,

Diceret;

Diceret, I Cycine, & quantum placet, utere Phœbo
Me melior modici liminis hoſpes habet.

Ingredienti autem domum Petrarchæ primo ſtatim veſtibulo occurrunt coloribus æquatis triumphi: primo Amoris, cui hoc legitur Epigramma.

10 Queſt'è colui, che'l Mondo chiama Amore, } *Amoris.*
Ei nacque d'ozio, e di laſcivia humana }
11 Ch'accende in cor gentil honeſte voglie { *Caſtitatis.*
12 Io ſon colei sì importuna, e fiera. { *Mortis.*
13 Raro è neſſun che in alma ſama ſaglie. { *Famæ.*
14 Ogni coſa mortal tempo interrompe. { *Temporis.*
15 Mà tarde non fur mai gratie divine. { *Divinitatis.*

Supra arcum Oſtii, quo patet aditus ad viridarium, ſub humano capite,

16 *DIOS NOS GARDE DA INGIUSTO OMBRE.*

Conſpicitur ibi propè Cabrieres nobile LAURÆ Caſtrum in Gallia Provincia cum ejuſdem effigie, & his verſibus.

17 E' queſto il nido, in che la mia Fenice,
Miſe l'aurate, e le purpuree penne.

Ab hoc non longè Arquatum delineatum, cum Laura, & Petrarcha.

18 Cercato hò ſempre ſolitaria vita
Le rive il ſanno, le campagne, e i boſchi
Nel dolce tempo della prima etade
Alzarò à Lei che ne miei detti honoro.

Sub ſceleto FELIS PETRARCHÆ, quæ adhuc conſpicitur ſuper Oſtio Porta ad Occidentem; hæc carmina Antonii Quarengi leguntur.

19 Etruſcus gemino Vates exarſit amore
Maximus Ignis ego, Laura ſecundus erat.
Quid rides? divina illam ſi gratia forma,
Me dignam tanto fecit amante fides.
Si Numeros, geniumque ſacris dedit illa libellis,
Cauſa ego ne ſævis MURIBUS eſca forent.
Arcebam Sacro vivens à Limine Mures
Ne domini exitio Scripta diſerta darent.
Incutio Trepidis eadem defuncta pavorem
Et viget exanimi in pectore priſca fides.

PETRARCHA VIR, qui & Latina, varia, & Verſu, & ſoluta Oratione plura edidit. Et tandem Vitam obiit XVIII. Junii 1374. ejus funus FRANCISCUS CARRARIENSIS, qui tunc Patavii imperabat, Epiſcopus *quoque, Abbates Cœnobiorum totius Urbis, ac Diœceſis,* Antiſtites, *Gymnaſii Patavini Publici Doctores, ac Univerſitatis Scholares cohoneſtandum religioſiſſime curarunt. Domus Petrarchæ in Urbe fuiſſe perhibetur poni Cathedralem, jus qua Portæ Effigies in Muro picta conſpiciebatur, quam ob artificii præſtantiam muro ex ſectam ampliſſimus Vir JOANNES BAPTISTA SYLVATICUS: Equ. & Jur. Profeſſ. in ſuas Ædes tranſtulit. In quem ſic Jo: Rhodius Nob. Danus, Vir clariſſimus eleganter luſit.*

20 Tranſtulit in Patrias Vatem SYLVATICUS Ædes,
Tutus ubi durat, ſplendidiore loco.
Inter Apollineos heic agmen ducit Alumnos.
Par etenim domino vix fuit ante Domus.

AGER EQUORUM, *vulgo ARZERE DE CAVALLI.*

Agri Pat fol. 366.

Parochialis Sancti Jacobi.

In ſpecioſo Sacello noviter conſtructo.

1 Spiritui Sancto, veritatis lumini, itinerum metæ, fortunarum auſpici, Co: ANTONIUS DE BUZZACHARENIS Eques, Sereniſſimi Mantuæ DUCIS à Conſiliis, ac tormentorum militarium Generalis Præfectus, agendorum opem implorans majorum cultum amplhavit.
Anno Salutis M. DCCI.

In hac ſacra Æde ad antiquam Immaginem muro fixam.

2 Comes ANTONIUS DE BUZZACHARENIS, reſtaurata Capella Sanctorum Stephani, & Laurentii Familiæ ſuæ, quæ eſt Patavii in Templo Sancti Auguſtini Patrum Ordinis Prædicatorum. tranſtulit in hanc Sacram Ædem picturam Altaris: de qua *Valerius Muſcheta* in ſuo Opere nondum edito, *Tabula Altaris antiquiſſima lignea eſt auro, & Immaginibus ornata. Pictura eſt Græca ſatis elegans, ex ejus ſæculi pictorum inſigni.* Huic picturæ ſimiles Immagines habuere omnia Altaria ejuſdem Templi Sancti Auguſtini uſque ad Annum 1586. quo tempore Templum cœptum eſt reſtaurari, & Altaribus marmoreis exornari juſſu ejuſdem Valerii Muſchetæ tunc temporis Cœnobii moderatore.

In Domo Comitis Antonii Buzzachareni in Lapide.

3 Longo obſequio in GONZAGARUM Familiam
à CAROLO II. Mantuæ, & Montiſferraris Duce
ad Comitis dignitatem erectus,
Invidiæ, adverſæque fortunæ impetum ſolum
vertere coactus,

Dirum, arque atrox exilium per annos
Quinque fortiter tulit. Nec interim turpi otio marucit,
Sed majorum gloriam emulatus
Illuſtri peregrinatione
Variis per Italiam, Germaniamque Principibus innotuit,
Veteraque FAMILIÆ decora
Novis ſubindè auxit honeſtamentis
Primo enim proſcriptionis anno,
A FERDINANDO MARIA
Utriuſque BAVARIÆ Duce,
Imperii ſeptemviro
Ab aurea clave cubicularius.
Secundo
Ab eodem ſummo Ordinis Protectore
Torquatæ D. Georgii Militiæ adſcriptus
Et aureæ bicipitis Aquilæ
Gentilitio ſtemmate inſerendæ jure
Cum tota proſperitate donatus.
Tertio
A LEONORA AUGUSTA
Cæſareæ aulæ proceribus immixtus.
Quarto
A'Regia Domini munificentia, fidei præmium,
D. Raphaelis in Monſerratenſi Ditione
Marchionatus titulum
Pro Agnato obtinuit.
Ut proindè toto quinquennio, vel itatis
Dus frui poſuerit.
Fortuna tandem propitiatu
Et MAGNÆ REIPUBLICÆ Clementia
Patriæ redditus,
Præteritis malis præſentia imputans bona,
Et indè meliora impoſtetum ominatus,
Has Ædes,
E regione dirutarum ſævientibus fatis,
Placatis,

Primo-

Primogeniti commodo inſtauravit. Anno Sæcularis M. D C LXXV.

ARSICUM, vulgò ARSEGO.

In Proſpectu Ædium Parochialium Arſici. *V Inſcript. Agri Pat. fol. 240.*

1 Hanc domum antea humilem, Anguſtam, & jam, jam colapſuram, à fundamentis penè totam excitavit magis amplam, ac decoram conſtruxit, opera Franciſci Frigo Rectoris. Anno Domini M. D C LXIX.

BALNEOLI, vulgò BAGNOLI.

In amplo Palatio Comitum VIDMAN, in ſplendido Marmore pulchris literis. *Agri Pat. fol 366.*

1 GENIO RUSTICÆ HOSPITALITATIS LUDOVICUS, & JOANNES FRATRES VIDMAN PP. Anno M. DCCVI.

Extat hic ſplendidiſſimum viridarium ſummis, & ſumptibus, & Munificentia conſitum cum Lambirintho, calle Palatio viridi, & omni delitiarum genere. Illud nuper Comes LUDOVICUS cum Fratre. Paravit Senator Ampliſſimus, gravitate, benignitate, ac omnigena doctrinarum ope conſpicuus, cujus Humanitate mihi licet ſæpiſſimè frui, cujuſque generoſam indolem, Aptemque ad omnia dexteritate omnes mirantur.

BALDUINA.

Sub hac Parochiali Eccleſia Aſſumptionis Beatæ Virginis, extat elegans Oratorium Nob. FAMILIÆ de CUMANIS Divo CAROLO Dicatum. *Agri Pat. fol. 102.*

1 Jacobus Cumano q. Claudii, atque Claræ Zacchi Filius,

lius, & Cæciliæ Ruſticæ Conjux Sacellum hoc D. O. M. dicatum à fundamentis erexit. Domum contiguam ſartam, tectam reſtituit, & auxit. Eamque parietum ambitum munivit, Anno Salutis M. DCLXXXII.

BARBONA.

In Parochiali Eccleſia Sancti Michaelis, Adrienſis Diœceſis, de jure BARBONII MAUROCENI Senatoris Ampliſſimi à fundamentis erecta Anno M. DC XIV.

In Tabella Marmorea muro fixa.

1 Templum hoc D. Michaeli Archangelo Sacrum Barbonæ, in hac villa ſua: Ne Opidani Eccleſiæ quà Luſiæ, quà Conchæ de rame ſubjecti, ex Parochiarum diſtantia in res Sacra, incommodum caperent: Aſcentienti, Adrienſi, Antiſtite, reſervato ſibi Jure Patronatus, Munificentia Maurocena extruxit.
BARBONIUS MAUROCENO MICHAELIS F. P.

Agri Pat. fol. 267.

BABTALEA, vulgo BATTAGLIA.

Secundo circiter à Baptalea lapide Montem Silicem verſus in pariete domus, quæ domus rubra dicitur: *eſtque NOBILIUM MARCELLORUM, lapis aſpicitur, in cujus parte ſuperiori exprimuntur vas inter duas columbas in potum procumbentes cum hac Epigraphe.*

Titus Pompenus Decimi Libertus Gratus.

1 T. POMPENUS
D. L. GRATUS.

In medio exculptus eſt lepus ſub frondoſo catapetaſmate.
In fine lapidam claudit hæc inſcriptio.

2 CLAUDIÆ C.
ARCHT......
T........................

In fonte Templi in ſpecioſo Marmore.

SANCTO JACOBO.

3 Templum antea anguſtum, & ruvinoſum, infra biennium in hunc nitorem à fundamentis reparatum, & auctum. Turri aptius poſita, & ſublimius elata ſumptu Eccleſiæ, & Piorum; curantibus Stephano Marcolino, Dominico Leonato, & Stephano Schiavetto Campſariis, Anno Domini M. DCCIII.

BRAIDA DE PALEA, vulgo BERTEPAGLIA.

Agri Pat. fol 382.

Parochialis Sancti Mariani Undecimi Patavini Epiſcopi.

Super Templi Oſtia.

1 D. O. M.
Templum hoc ad honorem Divi MARIANI XI. Epiſcop. Patavin. hujus loci Protectoris reſtauratum, & ad hanc formam redactum ære Fratalea Sancti Mariani, & Communitatis eleemoſynis, Anno M. DCVHC.

Intus ad Aram Santiſſimi Roſarii Beatæ Virginis.

2 Erecta fuit Sodalitas Santiſſimi Roſarii à Magiſtro Jacobo Salomonio, Ordinis Prædicatorum. Anno Domini M. DCLXI. Die 22. Aprilis.

Ad

Ad illam Santiſſimi Nominis Dei.

3 Erecta fuit Sodalitas Santiſſimi NOMINIS DEI, Anno M. D C LXXXIII. Die XXX. Maii.

In Templi medio in rubro Marmore Sepulcbrali.

4 D. O. M.
In nova reſtauratione Fratalea Sancti Mariani de Bertepalea, M. DCXCIII.

Juxta Aram Sancti Mariani humi.

5 Aſcanius Bertepalea Petri filius pro ſeipſo, & affinibus fieri reliquit, Anno M. DXC.

Humi in Templi medio.

6 D. O. M.
Sepultura pro Sacerdotibus reſtaurata à Reverendo, Laurentio Juriati J. U. Doct. Anno M. DCCVI.

In Sacrario altius, ſub fornice.

7 D. O. M.
Reverendi Rettori, ch'hanno governato queſta Chieſa doppo il Concilio di Trentò, cioè dell'anno 1553. finò al dì d'hoggi M. D LXIII. Reveren. D. Paſqualin dal Capello Venetiano anni 22. 1586. Rever. D. Gio: Antonio Cremezano Breſciano anni 13. 1599. Rever. D. Antonio Celona Venetiano anni 26. 1625. Rever. D. Antonio Fagiano anni 20. 1645. Reverend. D. Bernardin Bruſca Padovano anni 25. 1670. Rever. D. Gio: Piccad'oro Padovano anni 10. 1680. Rever. D. Lorenzo Giuriati Dottor Padovauo vive al preſente 1701.

Ad

In Domo Parochiali ſub Portice majori recenter extructo.

8 D. O. M.
Laurentii Juriati Jur. U. Doct. Rectoris diligentia,
Anno M. DCCVII.

In fine Inſcriptionis quartæ, adde.
Pro Fratribus cum Cappa.

ALBINASICUS,
vulgò BIGNASEGO.

Parochialis Sancti Thomæ Apoſtoli.

V. Inſcript. Agri Pat. fol. 384.

In Coronide Majoris Aræ.

1 Franciſcus GEORGIUS hujuſce Eccleſiæ Rector devotionis ergo P. Anno Domini M. DCXVII.

Humi in parvo Lapide.

2 Angelus Cotini, Civis Venetus, Dominici Filius; Obiit anno Domini M. DCXCVIII. Menſe Novembris, die 22. ætatis ſuæ anno primo, menſe tertio, die xxiv. Franciſcus Georgius Rector grati animi ergo P.

In Sacrario ſuper Oſtio.

3 Anno Domini M. DCXCV. Rectore Franciſco Georgio de Cittadella Sac. Theolog. Doct. Anno primo ſui regiminis, Sacrarium hoc inſtauratum, & ornatum eſt.

Humi in plano Tribuno in albo Marmore.

4 D. O. M.
Laurentius Fantonus, Petri filius
Omnibus omnia factus
Fœderata majeſtati Comitate admirabilis,
Commiſſæ ſibi Paræciæ Cuſtos oculatiſſimus,
ac ſplendidiſſimus adminiſter,

V Erga

Erga Pauperes effuſi beneficus;
Ut ne ſuæ Gentis immemor à morte videret,
Fato proximus,
Hic ſe tumulandum enixè mandavit,
Obiit Quarto Idus Aprilis M. DCXCII.
Vixit Annos octavos poſt octuaginta.
Marcellus Fantinus Nepos poſuit.

In facie ædium Parochialium, ſub ſtemmate Marchionum de OBICIIS.

5 DULCE PRÆSIDIUM MEUM.

Siſte viator, & vide quomodo ad majorem ſui uſum; loci decorem, & amicorum commodum Franciſcus Georgius de Cittadella Sacr. Theolog. Doct. domum hanc penitus dirutam, partim inſtauravit Anno Domini 1695. 1696. partim verò à fundamentis Ære proprio erexit. Anno M. DCXCVIII. & M. DCXCIX.

BUBULENTA, vulgò BOVOLENTA.

V Inſcript. Agri Pat. fol 314.

Quondàm Caſtrum munitiſſimum Muris, Foſſis, & aggeribus undique circumdatum, ut latè adnotavimus in Libro Inſcriptionum Agri Patav. fol. 314. *cum* Scardeon. Pign. & Urſat. *fuerunt Caſtri olim Domini de Rabia Familia ex potentioribus Patavinis. Ex his Albertus Eques ſtrenuiſſimus fuit. Ejus filius Menedufius, & Jacobus Filius Menedufii, & Licaon Frater Alberti, cum in ſuſpicionem incidiſſent Actiolino ob eorum potentiam, capti à Tyranno cum Uxoribus, filiiſque utriuſque ſexus detruſi ſunt in Carceres Zilias, ubi fame, & fœtore confecti miſerè periere.* Roland. fol. 72. Petr. Gir. Lib. 6. fol. 195.

In Ar-

In Archipresbyterali Eccleſiæ Sancti Auguſtini.
In Sacrario Lapis Albus cum hac Inſcriptione.

11 D. O. M.
JOSEPHO REVESE
Eccleſiæ hujus Archipresbytero
Quem merito Sapientiæ,
In Sacrum Juriſtarum Collegium adſcriptum,
Ac ſuffragio Virtutis
Ad Sacram Bubulentæ Præfecturam adlectum,
Infra bimeſtræ Sacri Regiminis,
Contracto ex piis laboribus morbo maturum eccelſo,
In ipſo ætatis flore immatura mors abſtulit.
Fratres M. H. M. PP.
Anno Domini M. DCCVI. 11. Menſis Maii obiit.

In ſpecioſo Palatio ANTONII DONATO, JOANNIS Senatoris Optimi Fil. ſub picta rota, in qua videntur figuræ hominis quatuor, altera tenens verticem, altera prona in præceps. Tertia in imum miſeriarum detruſa, quarta verò per rotam nitens in altum, cum hac Inſcriptione.

12 Amico mira ben queſta Figura,
Et in arcano mentis reponatur, ut magnus inde fructus extrahatur,
Conſiderando ben la ſua natura,
Amico queſta è ruota di ventura;
Quæ in eodem ſtatu non firmatur; Sed caſibus diverſis variatur,
E qual abbaſſa, e qual pone in altura,
Mira che l'uno è in cima è già montato,
Et alter eſt. Expoſitus ruinæ,
E l'altro è in fondo d'ogni ben privato,
Quartus aſcendit jam nec quiſquam ſine
Ragion, di quel che oprando ha meritato.

Secundum ordinem Divinæ Legis.

V 2 *In Sa-*

In Sacello D........ Dicato.

3 Adi 2. Giugno 1694. Io Tonio Ditame fece.

FOSSA RAGNA.

Archipresbyterali Bubulentæ ſubjecta.

In Campeſtri Eccleſia Aſſumptionis Beatæ Virginis, quæ eſt de jure FAMILLÆ FUSCARENÆ in duabus marmoreis tabulis.

1 D. O. M.

Reliquie inſigni de Santi Martiri, San Pontiano Papa, e Martire. San Severino Papa, e Martire. San Pio Papa, e Martire. Santa Giuliana Martire. Santa Diadora Martire.

In altera Tabella.

2 D. O. M.

Reliquie de Santi Martiri, San Placido Martire. San Proſpero Martire. San Benedetto Martire. Sant'Anzi Martire. San Valentin Martire. San Bonifacio Martire.

Donate in queſta Chieſa dal Reverendo D. Matteo dall'Arra, l'Anno 1688. Tù, che leggi il donator ti prega d'un Pater, & di un'Ave Maria, per l'Anima ſua.

In medio Templi in Arca lapidea Sepulchrali.

3 Don Matteo dall'Arra, quì in Terra alberga
Sin'ch'ode il ſuon dell'Angelica Tromba.
E perche il cener ſuo non ſi diſperga
Si ſtà rinchiuſo in queſta oſcura Tomba
A' Chriſpin nacque, e à Foſſa Ragna giace
IDDIO per ſua pietà li doni pace.

Se vedono

Si vedono molte altre Inſcrittioni pigliate da detti di Santi Padri in lode della Beata Vergine, li quali mirabilmente adornano, & abbelliſcono queſta Chieſa; opera di queſto pio Sacerdote, che corrono quaranta anni, che tiene la cura della Chieſa medeſima.

B R E N T A.

Parochialis Sancti Paterniani. *V Inſcript. Agri Pat. fol 362.*

In ſublimi Ara Santiſſimi ROSARII in lapide.

1 Altare hoc ex lignio lapideum factum fuit, & in hanc ampliorem, & decentiorem formam redactum piorum eleemoſynis Reveren. D. Natale Stoco Archipresbytero Patav. Seminarii alumno. Joanne Dominico Cavalletto, & D. Franciſco Milani Maſſarus, M. D C X C V.

B R E S E G A.

Parochialis Aſſumptionis Beatæ Virginis. *Agri Pat. fol.102.*

In ſublimi Ara Beatæ Virginis.

1 D. O. M.

B. q. V. M. Carmelitarum Tutelæ pio B. ære collecto Aram hanc Franciſcus Ferretus Parochus ſacravit.

Anno M. DCC VI.

Altius in fronte Ædium Parochialium in albo lapide.

2 *Corripuit me flammis nocens incendia dira*
Dum duxere in Cineres omnia membra domus
Arſit FERRETUS cineres juſſitque reponi
Sumtibus haud parcens, quæ jacuere prius.
Anno M. DCCII. Die XXII. Martii.

SANCTI

V. Inſcript. Agri Pat. fol 321.

SANCTI AMBROSII, vulgò S. BRUSON.

Ad Aram Beatæ Virginis à Roſario.

1. Ut quotidie in hoc Altari in perpetuum Sanctum Sacrificium Miſſæ pro anima ſua, ſuorumque defunctorum offeratur, & Lampades ante Santiſſimum Sacramentum perpetuò, & ante Sanctam Virginem diebus Sabbathi, & feſtivis ardeant. Paſchalis Abbas Urſatus Archipresbyter ære ſuo inſtituit, ut in actis D. Octavii Redolphi Notar. Venet. Anno MDCLIII.

Sub hac parata in Oratorio CIVIUM VENETORUM de CIVRANIS in tabella Marmorea muro fixa.

2. Per Decreto del' Eminentiſſimo Signor Cardinal GREGORIO BARBARIGO Veſcovo di Padova non celebri Meſſa in queſto Oratorio, quando non ſono preſenti li Patroni di eſſo Oratorio, pena di ſoſpenſione *à Divinis ipſo facto incurrenda*, & riſervata ſua à Eminenza, e Veſcovi Succeſſori al Sacerdote, che ardiſce celebrare.

Agro Pat. fol. 216.

BEVADORO.

Fuit hoc olim Magnum Caſtrum ſub poteſtate magna Grumellorum Familiæ de Vicentia, ſed à Grumellis venditum Lupicinis, quorum Familia Patavina fuit dives, & potens, oriunda ex Familia Marchionum de Malaſpina, Lupicini cœpere ſe appellare Comites, & Domini de Bevadaro. Ung. part. 4.

TONS;

PONS CAGNOLÆ. V. Inſcript. Agri Pat. fol. 385.

In Parochiali Sanctorum Philippi, & Jacobi ad ſuggeſtum Concionatorium literis auratis.

ANNUNCIA POPULO MEO SCELERA EORUM. Iſaiæ.

CASTRUM CALAONIUM, vulgò CALAON. Agri Pat. fol. 204.

In ſupedaneo Aræ Roſarii.

1 Hic jacent oſſa Nobilis Viri D. ANGELI, JOANNIS ANTONII BOLDU' Filii, qui die XXVIII. Anno Salutis M. DCXCV. Obiit.

---

2 *Ibi propè gradus Aræ, jacet ſine titulo ſub albo lapide JOANNES ANTONIUS BOLDU', ANTONII Pater, qui obiit die. . . . . Novembris.*

In fronte ſplendida Domus JO: ANTONII BOLDU', Patritii Veneti in albo marmore literis auratis.

3 Domus hæc antiquioribus annis à Dom. Dom. MARCHIONIBUS ESTENSIS poſſeſſa ad VV. NN. de PISANIS, exindè ad VV. de BOLDU' proceſſit: eam denique uſque ab annis M. DCLXV. JOANNES ANTONIUS ejuſdem FAMILIÆ obtinuit, ut in præſenti tenet. Hic domum ipſam ſolliciti prius ſtudio in ſuæ vetuſtatis immagine, ac proſpectu ſervatam, crebra ſubindè reparatione à temporum injuriis vindicatam, violentm mox turbine fundamentis concuſſam ampliori ut patet mole impenſiùs extruxit: Fundus quoque circumjacens non levi ejuſdem ſumptu mira pollet cultura, quippè maligna

gna ſaxorum, qua detinebatur compagine ſolutus, numeroſa fructiferarum arborum hinc viſum, hinc olearum propagine, uſque ad delicias nitet. Murus pariter cujus ambitu præcingitur, ejus cura, impendioque erectus,

Anno M.DCXCVI.

De Caſtris Galcone, & Cero, vide plura ſcitu digna, in Libro Inſcriptionum Agri Pat. fol. 20.70.103.

CAMPUS ARSICI, vulgò CAMPO D'ARSEGO.

V. Inſcript. Agri Pat. fol 250.

Parochialis Sancti Martini in Tabella Marmorea.

1 Hanc Ædem vetuſtate collabentem, nimiſque anguſtum pia largitas Eminentiſs S R.E. Cardinal. GREGORII BARBADICI, ac GEORGII CORNELII Patavii ANTISTITUM. Populiſque liberalis pietas in hanc ampliorem, ac decentiorem formam redegit. *Incidenda.* Anno M.DCCVII. Rectore D. Franciſco Solario Patav.

In Ædibus Epiſcopii altius in pariete Orientem verſus ſub inſignibus in Tabella marmorea magnis litteris.

2 FRANCISCUS CARDINALIS PISANUS EPISCOPUS PATAVINUS.

---

2 *Spectantur ex altera parte, quæ ad Occidentem vergit inſignia, ſine litteris.*

FEDERICI CORNELII EPISCOPI PATAVINI.

CAMPO

CAMPO CROCE.

In Parochiali Sancti Andreæ in plano Tribunæ, in Tumulo.

1 Petrus Albertus Libraleſſus Plebanus bujus Eccleſiæ hoc ſibi ſucceſſoribuſque ſuis Tumulum curavit.
Anno Domini M. DCXCIX.

Juxta Chorum in parvo lapide cum ſtemmate.

2 Hic jacet Corpus GASPARI SUPERANTII Patritii Veneti, obiit Anno M. DCC. Die 10. Auguſti, dieque duodecimo tumulatum fuit.

Ab hoc non procul Lapis cum inſignibus FAMILIÆ de CAPELLO, & his litteris.

3 Z. C.

In altero lapide.

4 Hic jacet Corpus D. Salvatoris ....
Obiit die XVIII. Novembris M. DCXCVIII.

Juxta Aram Beatæ Virginis Sanctiſſimi ROSARII, In Lapide magnis literis.

5 Stà Viator Clara Salomon, cara benedictaque Uxor clauditur hoc ſaxo, immatura morte, heu rapta, nunquam fatis plorata, Modeſtiæ, Pietatis, Religionis exemplar; ſicut olim in Terris ita nunc in cœlis virtute, magis quam nomine. In ſingolar benevolenza, & inſoffribile dolor poſe T. A. 11. Settembre M. DCCI.

CAMPUS SANCTIPETRI, vulgò CAMPO SANPIERO.

V Inſcript. Agri Pat. fol 245.

Caſtrum cum PRÆTORE.

In Eccleſia Sancti Joannis Baptiſtæ Patrum Sancti Franciſci Ordinis Minorum de Obſervantia, reperitur ſuper Urnulam aquæ luſtralis Stemma Nobilis Viri GREGORII *q.* JOANNIS DE CAMPOSANCTIPETRI *(ſcilicet Leo rapaciter erectus cum cauda ramiſea) à quo Eccleſia unà cum Cœnobio propriis expenſis erecta fuit, ac dono tradita Patrum Minorum Conventualium Sancti Franciſci, ut ex Bullis de Anno Domini* 1424. *&* 1425. *Inde ex Summi Pontificis* MARTINI V. *Bulla data Anno. . . . . In qua inter cætera, hæc à Summo Pontifice habentur verba:* Quæ dilectus Filius Nobilis Vir Gregorius q. Joannis de Campo Sancti Petri domicellus Paduanus, Zelo devotionis accenſus de bonis ſibi à Deo collatis erogare proponit &c. *à Conventualibus ad ejuſdem Inſtituti obſervantes tranſivit, quemadmodum diximus in Libro Inſcriptionum Agri Patav. fol.* 144.

Nobiles CAMPISAMPERII quod Galeatio Mediolani Duci (cum FRANCISCUS Carrarienſis ei Urbem reliquit) grati admodum facti eſſent; ubi Carrarienſis Patav. recuperavit totam eorum Familiam proſcripſit, qui tandem Univerſæ Italiæ pace reddita indemnes Patriæ reſtituti ſunt. LUDOVICUS ex hac ſtirpe, & prædicti GREGORII ex filio Nepos Eques inſignis GONZAGIS Mantuæ Ducibus carus, & affinis plures ad Principes Legatus, Romæ ubi agebat à Sicariis doloſè interemptus eſt, qui mox in Patriam relatus in Æde Divi Jacobi fuit honorifico funere tumulatus. Is teſtamento cavit ut in ſua hæreditate non niſi ex propria Familia Doctor, qui peritior haberetur ſuccederet, & poſtea alter ſimiliter Doctor, & Doctore deficiente Miles, vel Civis ex ea Familia magis honoratus.

Scard. fol 293. Port fol 174. Bemb, lib, 11. Hiſt.

De

De Origine, nobilitate, fertilitate, & rebus memorabilibus actis ad hoc Oppidum latè diximus Libro Inſcriptionum Agri Patavini fol. 241. *Addam dumtaxat inter viros inſignes litteris, & Armis, & Judicibus dignitatibus, qui hanc ipſorum Patriam illuſtrarunt hunc ſolum memorabo.*

Antonium Baratelam Poetam lepidiſſimum, qui novis fabulis, de natali ſolo, de rivis, & fontibus Patriis, aliiſque multis, Græcorum more fictis, præclarum nomen ſibi comparavit. Is omni civili ambitione rejecta, ruri in amœna Lautægæ Villa, in ſolitudine moratus eſt; ubi Libros numero XXV. compoſuit, in quibus ſeptuagintaquatuor verſuum millia, & ſexaginta continentur. Vates hic Guarino Veronenſi, viro doctiſſimo, mutuis Epigrammatibus ultrò, citròque miſſis, conjunctiſſimus fuit, & Xicco Polentoni inſigni eruditione viro amiciſſimus; qui de eo in Opere de Viris Illuſtrium Scriptorum ita ſcribit, Antonio Baratelæ Ovidianam in pangendis carminibus facilitatem natura tribuit, tandem neglecta ſolitudine, dum Utini Rhetoricam doceret, ſenex defunctus eſt.

Extra Eccleſiam Sancti Petri Apoſtoli, in veſtibulo Cœmeterii ſub Porticu ad viam communem, inſcriptio mutila, corroſo injuria temporis lapide, cujus, quæ deſunt verba, ex Hiſtor. Boniſac. lib. 12. ſupplevimus.

MARIA ARCIDUCHISSA AUSTRIÆ,
FILIA GENEROSI CAROLI V.
NURUS FERDINANDI II.
UXOR MAXIMILIANI II.
MATER RODULPHI II. IMPERATORUM,
SOROR PHILIPHI II. REGIS HISPANIARUM,
Hac tranſiens ad Regimen LUSITANI Regni,
Hoc in Templo Sacrum audivit,
Anno M. DLIX.

CAMPO NOGARA.

I Inſcript. Agri Pat. fol. 325.

In Parochiali Eccleſia Beatæ Virginis Adſumptæ.

In Choro Rectorum Monumentum.

1 Reveren. Presbytero Michaeli Corſori Rectori hujus Eccleſiæ, & Succeſſ. Campi Nogara poſ. M. D.....

---

2 Oſſa Claudii Leporini, quem ann. 23. Rectorem, & 10. Vicarium Foraneum, hæc Eccleſia habuit, hic aliquando ſuſcitanda jacent, Obiit V. Idus Auguſti, M. DCII. Ætatis ſuæ Anno xxxxxii.

---

3 Sepultura de Nicolò Carraro M. DCV.

In eadem Villa in Oratorio Sancti Paterniani.

4 Patrono Eccleſiæ Venetia..... Deo dicatæ à Camporum 23. Petrus Philomoſus ejuſdem.

CANTARANA.

In Villa Camarana, quam appellant Cavæ Ageris, vulgò Cavarzere *dictionem eſt Parochialis Sanctiſſimæ Trinitatis erecta Anno M. DCCV. ab incomparabili Religione* Vincentii Guſſoni *Patritii Veneti commodo, & uſui populorum, qui latè per eas Valles, ac ſparſim incolunt Juspatronatus Nobiliſſimæ Familiæ.*

CARCERUM, ABBATIE.

Agri Pat. fol. 105.

Abbatia hujus loci valdè locupletata eſt ab ACTIO & FULCHIO Marchionibus Eſtenſibus, Anno 1140. Urſatus lib. 4. part. 1. ex Ungarell.

Circa annum 1230. *in his regionibus Conciones habuit ad Populum Beatus Joannes Vicentinus Ordinis Prædicatorum, de quo*

Augu-

Auguſtinus Florentinus Monachus Camaldulenſis in 2. p. ſuæ Hiſt. lib. 4. *Per ea tempora illuſtravit maximè Patavinam regionem eximius declamator Fr. Joannes Vicentinus, qui miſſus à GREGORIO Papa IX. pacem inter diſſidentes componere, ad Carceres apud Atheſtinos, & Paduæ loculentiſſimas ad Populum Conciones habuit, menſeque Martio 1233. in Prato Martio* (hodie Pratum Vallis) *multas Familias ad pacificandum induxit.* Vide Inſcript. Agri Patav. fol. 275.

Hiſce temporibus ſuppreſſa ab Alexādro VIII. Abbatia, ejus bona ad Carolū Abbatem, Antoniū, & Alexandrum Fratres Carminati Patritios Venetos tranſierūt.

In ſublimi Ara Sancti Iſidori in lapide.

Sancto Iſidoro Ruris Patrono grata piorum fides D. D. D.
M. DCXCIII.

CARPINETUM, vulgò CARPANEO.

Extra ad meridiem, paulò altius à terra, in antiquo marmore parieti Eccleſiæ fixo.

PUBLICE D. D. LOCUS
SEPULTURAE DATUS
ULCIO L. F. FICIO. CA.
IIII. VIR. PRAEF. FABRUM.
PRAEF. I. D. EX D. T.

V Inſcript. Agri Pat. fol. 415.

PUBLICE D. D. &c. Publicè Decurionum decreto Locus ſepulturæ datus. *Phraſis eſt in monumentis uſitata, qua ſepulturæ locus publicè datus, id eſt publica auctoritate conceſſus indigitatur, aliàs notæ L.P.D. vel L.D.D.D. in fine inſcriptionum occurrunt; ſuntque clauſulæ quædam, illa quidem* loco publicè *dato*, *hæc vero* loco dato Decurionum decreto *ſignificantes. Decuriones autem Conſilium loco in Coloniis, & Municipiis extitiſſe abundè docet Panvinius Antiquit. Veronenſ. lib. 2. cap. 12. & 30.*

ULCIO. *An potius legendum eſt* ULPIO? *Eſt autem familiæ nomen. De Ulpia familia noto cum Eutropio, hanc fuiſſe ex Hiſpania oriundam; claruiſſe tamen & ante Ulpium Trajanum, quippè quæ Conſularem poteſtatem obtinuit.*

L.F. Lucii Filio. *Conſuevere namque veteres, poſt nomen familiæ, patris nomen ponere.*

FI-

TICIO. *Cognomen hoc adhuc mihi ignotum eſt.*

CA.. *Fortaſſe hic deſignatur agnomen quodam, atque legendum* Cæſoni, *aut* Capitoni. *Plerumque etenim nominibus virorum, non modò tertiam appellationem addebant Romani tituli loco, ut teſtatur in Coriolano Plutarchus, verum etiam, aliquando, quartam; ut apparet ex nominibus Publii Cornelii Scipionis Africani, Sergii Cornelii Lentuli Merendæ, Lucii Martii Rutili Cenſorini, Quinti Fabii Maximi Verrucoſſi; aliorumque; & hic Patavii habemus monumentum Manii Allieni Craſſi Cæſonii, de quo Sertorius Urſatus in Monum. Patav.*

IIII. VIRO. *Coloniarum magiſtratum fuiſſe tum ex lapidibus, tum ex Scriptoribus abundè conſtat. Aliquando autem Duumviri, aliquando Treſviri, aliquando Quatuorviri, quinimò & Sexviri nonnunquam obſervantur in antiquis epigrammatibus; ut videre eſt apud Panvinium lib. 2. cap. 12. Antiq. Veronenſ.*

PRAEF. FABRUM. *Ideſt* Præfectus Collegii Fabrorum. *Collegium hoc à Numa inſtitutum fuiſſe conſtat, ex Plutarcho in vita Numæ, Dionyſio lib. 2. Antiquit. Rom. eiuſque ejuſdemque Collegii meminit Plinius Junior ad Trajanum epiſt. 42. & ad rem militarem pertinuiſſe videtur. Fabrum verò, Fabrorum loco, & apud Scriptores, & in lapidibus ſæpè habetur.*

PRAEF. J.D. *ideſt* Præfectus Juridicundo. *Magiſtratus erat Præfecturarum, de quo Livius lib. 26.* Præfectum ad jura reddenda Roma quotannis miſsuros, *& Feſtus Pompejus de Præfecturis ita:* Præfecturæ appellantur in Italia, in quibus & jus dicebatur, & nundinæ agebantur, & erat quædam earum Reſpublica; neque tamen magiſtratus ſuos habebant, in quas legibus Præfecti mittebantur quotannis, qui jus dicerent.

EX D. T. *niſi* ex Decreto Tribuni *legendum ſit, quid ſibi velit ſculptor monumenti mihi adhuc incompertum eſt; hujuſmodi tamen lectio non omninò incongrua videtur; cum ſatis manifeſtum ſit, conſuevisse veteres nomina eorum ſæpè exprimere, quorum opera, beneficio, vel auctoritate officium, aut dignitatem adepti fuiſſent; quod præſertim in Sacerdotiis obſervavi, & aliquando etiam in Magiſtratibus.*

Ita

Ita interpretatus eſt eruditiſſimus Joannes Baptiſta Urſatus, Antonii Mariæ Equitis Filius, *de quo liceat repetere, quæ diximus in Libro Inſcriptionum Urbis fol.* 31. Juvenis omni virtutum genere ornatiſſimus, & antiquitatum ſtudioſiſſimus; quem cum in hoc, tum in cæteris ſtudiis majores ſuos non ſolum imitaturum, ſed etiam ſuperaturum ſperamus.

In Parochiali Eccleſia Sancti Stephani ad dexteram in Claſtris Altaria cuſtodientibus.

Aloyſii Fabris Rectoris munus M.DCC.

Ad levam.

Amaſii Savioli Patritii Patav. Pietas.

In hoc Vico in quadam domo altius in pariete ſub ſtemmate hæc verba. CÆSARO SPECIANI.

Fuit is Epiſcopus Cremonæ Nuntius Apoſtolicus ad PHILIPPUM III. & familiaris Sancti Caroli Cardinalis, & Archiepiſcopi Mediolani in vita ejus Sancti part. 2.

CARRARIA, *vulgò* CARRARA.

Parochialis Sancti Georgii.

V. Inſcript. Agri Pat. fol. 385.

Erat hic olim Ædificium amplum cum Lodia publica ad Arcis formam in conſpectu Sancti Georgii tunc Eccleſiæ Caſtri (nam Parochialis in loco dicto Figaroli ſita erat) conſtat ex quoddam Inſtrumento feudali Uguccionis de Carraria, *& Fratrum; conceſſum Joanni Repe Anno* 1258. *in quo legitur*, ſub domo quo communis Caſtri Carrariæ, quæ eſt apud Eccleſiam Sancti Georgii, Notarius Jacobus de Corneliana. *Creditur Ædificium illud eo loco ſitum fuiſſe, ubi nunc eſt habitatio Parochi, contiguarumque domorum, quarum parietes modo ſua indicant partes fuiſſe magnæ ſubſtructionis in formam*

Arcis

Arcis erecta; quæ omnia juſſu Æcelolini diruta ſunt, ut diximus in Inſcript. Agri Patavin. fol. 388. *Erat etiam inſignis Arx Caſtri in vicino colle foſſis, & canalibus fluminis inde tranſeunctis circumdata. In ejus ruderibus extat nunc Ædificium pulcherrimi proſpectus MATTHÆI SANUDO Sancti Marci Procuratoris digniſſimi, Patris JO: BAPTISTÆ Epiſcopi Tarviſini, Viri religione, ac ſapientia, majora meriti, atque habituri; ſpectantur quoque multa veſtigia Magni Caſtri toto illo ſoli ſpatio, multæque viæ ſubterraneæ, ubi olim amplum CARRARIENSIUM Palatium erat, quod reſtauratum, & recentiorem in formam redactum à Sereniſſima SANUTORUM FAMILIA habitatur. Hic cum aliquando una cum benevolo Patrono Divi Marci Procuratore agerem, mihi oſtendit antiquum anulum cum inſignibus Carrarienſibus inventum, ut fertur in ſolo ſubterraneo habitationis, quæ tunc carceris locus erat, quem anulum Senator ampliſſimus diligenter ſervat.*

In fronte Ædium Parochialium ſuper Porta Oſtium.

Admod. Rever. D. Jacobus Gallus, olim hujus Parochialis Eccleſiæ Sancti Georgii de Carraria Rector hanc domum adeptus eſt de propriis: nunc autem Admod: Reveren. Peregrinus de Peregrinis ejuſdem Eccleſiæ Rector, Vicariuſque Forenſis propriis expenſis perfecit eandem domum imperfectam,

Anno à natalibus Chriſti, M. DCLXII.

CAR-

CARTORIUM, *vulgò* CARTURO.

V. Inſcript. Agri Pat. fol. 218.

Vicus olim celebris nunc aſſiduis alluvionibus Madoaci, ſeu Brentæ funditus disjectus eſt. Fuere Comites hujus magni Caſtri, ex quo titulum habuere, Comitum CARTURII, *Caſtrum valdè celebre fuit, ob inſignia prælia fera ibi tum in Caſtro* Canfredoli *inter Patavinos, Vicentinos, Veronenſes, & Actiolinum de Romano,* Gulielmus *ex Cartoriana Familia uti Actiolini amicus, & Sectator ſemper fuerit, falſo perduellionis inſimulatus, ac comprehenſus, in carcere animi dolore confectus miſer occubuit, Gerardus verò, & Actiolinus ejus filii, unà cum Briſco, & Vando Nobilibus Viris de Vigontia, in foro uno eodemque die publicè decolati ſunt, anno* 1237. *vide plura apud* Scard. fol. 329. & Inſcript. Agri fol. 218. 219. *ſitu digna.*

Antiquum Cartoriorum Sepulchrum viſitur Pat. in Templo D. Jacobi, ad Pontem Molinarium, ad parietem introrſum, Ædes autem erant è regione Cœmeterii Carmelitarum juxta antiquam turrim, ſeu domum Actiolini.

Illi Archipresbyter. Eccleſia Nativitatis Beatæ Virginis Dueceſ. Vicent. huius Sepultura Nobilium de MALFACTIS, *cum Stemmate, & his literis*

B. M. hoc eſt, Benedicto Malfacto.

Leonardus Malfattus, *eo tempore, quo Actiolinus Tyrannus, ob indignationem amiſſæ Urbis Patavii, omnes Patavinos, qui Veronæ ſecum in ea militia inventi fuerant comprehendi juſſerat, numero circiter duorum millium, & triginta novem; comprehenſus, & morti cum aliis deſtinatus, cum propè eſſet è ripa Athesis fluminis ſe ſe præcipitavit, & ad ſeptem millia paſſuum enatavit, tandem incolumis Patavium ſe recepit.*

Bartholomæus *autem ob factiones Patavio fugiens Venetias, à Senatu, ob eximias ejus animi, & corporis dotes inter Patritios aſcitus eſt. Hujus ſoboles poſt annos quinquaginta Venetiis defecit, Anno ſalutis humanæ, M. CVII. At*

Patavii Malfattorum progenies ſuperſtes in hunc diem manet. Vide Inſcript. Agri fol. 219. 218. & Inſcriptionum Urbis fol. 149. & in Indice litera M.

C A R T U R A.

V. Inſcript. Agri Pat. fol. 391.

Locus ubi olim fuit Caſtrum validum cum Foſſa, & aggeribus, erectum à Patavinis ad tegendam Inſulam Conſelvarum ejus nullum nunc extat veſtigium. Hic accidere multa memorabilia inter Ecelinum, & Patavinos Anno 1236. *&* 1237. *quibus Ecelinus ad obſidionem Urbis magno Exercitu cinctus adventabat, Prætore Patavii MARINO BADUARIO Veneto, & Exercitus Patavini Duce AZZONE Marchione Eſtenſi, ut latius diximus in* Libro Inſcriptionum Agri fol. 391. *cum de eodem loco diſſeruimus.*

In Parochiali Sanctæ Mariæ in ſublimi Ara Sancti Antonii.

1 D. O. M.
Divo Antonio Confeſſori à fundamentis poſita,
Rectore Hieronymo de Grandis S. T. D. M. D CC III.

Ad illam Beatæ Virginis.

2 D. O. M.
Beatæ Mariæ Centuratorum Ara olim excitata,
Rectore Dominico Rampino, in hunc nitorem reſtituta,
Rectore Hieronymo de Grandis S. T. Doct.
M. D CC III.
& Seminarii Patavini Alumno.

CASE-

CASELARUM, vulgò CASELLE DI RUFFI.

V Inſcript. Agri Pat. fol 117.

Villa, quæ fortè nomen accepit à Publio Obſidio Ruffo Patavino Tribuno Legionis IV. Scithicæ, & Præfectus Fabrorum, & qui penes Romanos fabricandis bellicis machinis, ac tormentis militaribus, cæteriſque, quæ ad expugnandas Urbes neceſſaria ſunt præerant, & noſtra ætate Ingegneri vocantur; Hujus Ruffi aſpicitur monumentum inſculptum ſaxo affixumque parieti Eccleſiæ Puteorum Viglianorum, vulgò Poci Vigiani, quod retulimus in Libro Inſcriptionum Agri pag. 405. cujus meminit Scardconius fol. 84. aſſignata cauſa.

Fuit etiam hujus Nominis Ruffi Familia Patavina dives, & potens, (eam putant aliqui, eandem eſſe cum Tranſalgarda.) Habuit hæc Ædes amplisſimus in regione Servorum, quæ ab Actiolino everſæ ſunt. Multi ex hac Familia in carcerem Zilium à Tyranno detruſi fame perierunt. Roland. lib. 7.

In Parochiali Eccleſia Sancti Jacobi Apoſtoli humi.
Tumulus Sacerdotum ſine titulo.

Item alius in cujus lapide Sepulchrali nulla inſcriptio, creditur FAMILIÆ de ARIGONIS.

CASTRUM BALDI, vulgò CASTEL BALDO.

Unum ex ſeptem Oppidis, quæ municipali jure Patavio ſubjacent, ad quæ à SENATU VENETO pro Jure dicendo ex Patritiis Venetis Prætore quotannis mittuntur. Oppidum à Patavinis ædificatum Anno Dom. M.CC XC II. & in eo tunc Arx munitiſſima extructa, quæ hoſtiles Veronenſium excurſiones à tranſitu Atheſis amnis arceret, nunc arx cum mœnibus funditus cn- Agri Pat. fol 171.

tus eruta eſt, plura de hoc loco habes in Libro Inſcriptionum Agri Patavini fol. 127. Scard. fol. 14.

4 Terminus Confinium .... & diſtrictus.
.... Villæ Caſtri Baldi,
& Terræ Communis Paduæ.

CASTRUM SCODOSIÆ, vulgò CASAL DI SCODOSIA.

V. Inſcript. Agri Pat. fol. 138.

In Archipresbyterali Beatæ Virginis Adſumptæ,
Ad Aram Sanctorum Dominici, & Franciſci.

1 Chriſto Redemptori D. D. Franciſco, & Dominico aſſeclis inaugurata ſine avibus Ara ære, ore Admod. Rever. Dominici Sancti Sacr. Theol. Doct. hujuſce Eccleſiæ Sanctæ Mariæ de Scodoſia Archipresb.
Anno M. DCLXXXXIV.

Ad illam Sanctiſſimi Roſarii.

2 Populi pietate erga Beatæ Virginis tutelarem, magis adaucta Ara rudis olim dicata, modo tempori patendo, ſtipe ultrò coacta, pretioſior ſurrexit, Admod. Reverend. Dominici Sancti Sacræ Theol. Doct. Archipresbyt.
Anno M. DCCIV.

Ad illam Spiritus Sancti.

3 Aram flaminis ſublimi dicatam, à reliquis equandam, ſtipe undiquè congeſta Plebs devota curavit.
Dominici Sancti Sacræ Theol. Doct. Archipresbyt.
Anno M. DCLXXXX VIII.

Ad illam D. Georgii.

4 Aram Divo Georgio publico voto olim D. D. Nunc magis decora populari pia elargitione pro ſumptu præcipua, Admod. Reverend. Dominico Sancti Archipresbyt, annuente, Anno M. DCXCVI.

Hum.

Humi in Templi medio.

Totum nuſſibi, pars altera hic, altera creditur alibi. Admod. Rever. Dominic. Sancti, Sacræ Theolog. Doctor. hujus Eccleſiæ de Scodoſia Archipresb. urnam condendam juſſit, Anno M. DCLXXII.

CASTRUM CASALIS ſ. UGHI, vulgò CASAL DI SIER UGHO.

V. Inſcript. Agri Pat. fol. 392.

M. VALERIUS PASTOR.

1 Hoc eſt Marcus Valerius Paſtor.

Fragmentum hoc lateritium effoſum eſt anno M. DCIII. inter varia tegularum, atque Urnarum fictilium rudera, quod Urſatus Eques, Joanni Galvano J. C. *celeberrimo dono dedit, ut refert* Sertorius Urſatus *Eques Urſati Filius, in ſuis* Monument. Patavin. fol. 36. *Fragmentum eſt ſignatum ſupra notatis literis.*

Paſtoris cognomē, & Aravaris, & Colone, & Regis, & Magiſtro Militū, ac Ductoris Exercitus denotat.

In Parochiali Eccleſia Purificationis Beatæ Mariæ Virg. Ad Aram Santiſſimi Roſarii.

2 Erecta eſt Sodalitas Santiſſimi Roſarii, in hac Eccleſia, Anno M. DCXXIV. Die XX. Junii.

Humi propè Januam Orientalem in albo lapide.

3 D. O. M.
Obiit Joannes Baptiſta Girardini,
Hujus Eccleſiæ Plebanus,
Anno Domini M. DCIIIC. Die XV. Aprilis.

In Urnula Marmorea, ubi Sanctorum reliquiæ ſervantur.

4 Oſſa Sancti Adriani Martyris.

Ibi

In baſi Aræ columnæ Divi Antonii, pictis literis.

5 20. Agoſto 1603. Rectore D. Bartholomeo Ferro.

In domo Equ. ANTONII MARIÆ URSATI.

Lavacrum marmoreum, cum Stemmate Fontaninæ Gentis, in quo hæ literæ.

6 H. F. LL. D.

Ideſt Hieronymus Fontanina Legum Doctor.

Antiqua Familia de Fontanina, *inter Patavinas Nobilis, multos tulit inſignes viros, inter quos* Albertum Conſulem, *qui cum Rolandino de Publica anno* 1066. *Rempublicam adminiſtravit. De hac ſcribit* Urſatus fol. 264. *HENRICUM III. cum degeret Anno* 1091. *Patavii conſideretque in Palatio jus dictum habuiſſe inter Nobiles Adſeſſores, præter* Milonem Epiſcopum Ubertum *quendam à Fontanina, &* Auſelinum Bragantinum, *quæ Familia inter Vicentinas habetur Nobilis, & antiqua. Deſiit Fontanina Gens in duabus fœminis, quarum una Matrimonio in* Anſelmorum *domum translata, altera in* Urſatorum, *quo Familia ſua bona contulere.* Vide Inſcript. Agri fol. 223. & Urbis fol. 586. Antonii Mariæ Equitis præclariſſimi, & humaniſſimi Viri benignitate, amicitia, & familiaritate, dum in humanis eſſet fortunatiſſimè uſus ſum, eademque nunc utor cum clariſſimis ejus Filiis, quorum alter JO. BAPTISTA Doctor Collegiatus, & Profeſſor Publicus ſummæ eruditionis, & antiquitatis doctiſſimus indagator. Alter LAURENTIUS Doctor itidem Collegiatus, & paris eruditionis præſertim in Mathematicis gemino ſurculo famam, ac decus paternæ ſapientiæ probitatis, & gloriæ propagant.

In fronte cujuſdam domus ſublimi loco.

Laus Deo.

7 Queſta Fabrica hà fatto fare ſ. Anzolo Melaſo. del 1555.

In Ædibus.

In Ædibus N. N. de URSATIS propè Eccleſiam.

8 Queſta parte di Caſa, che cadeva à beneficio de Poſteri in miglior forma reſtituì Sertorio Orſato, Dott. e Cav. l'Anno M. DCLXII.

Hic SERTORIUS ille eſt, cui & Civitas Patavina, & univerſa Republica Literaria plurimum debet, ob ejus erudi-tiſſima ſcripta, toto Orbe celebrata; quibus non modo Patriæ ſuæ monumenta, verum etiam omnem antiquitatem illuſtravit: meruitque ut à SERENISSIMO SENATU VENETO Anno 1652. *Equitis, &* 1678. *Comitis titulo, cum tota ejus poſteritate decoraretur. Oriundus fuit Nobiliſſima Stirpe, ex qua plures illuſtres Viri prodiere; veluti JOANNES Senior Anno* 1452. *à FRIDERICO IMPERATORE, Patavii in Cathedrali Eccleſia Comes, & Eques cum poſteris ſuis creatus, & eodem Anno ab ULADISLAO Rege Hungariæ torque aureo, & Equitis titulo donatus; ac demum Anno* 1460. *à PIO II. Pontif. Max. Comes Palatinus, & Eques cum ſuis Succeſſoribus confirmatus;* à Borſo *Eſtenſi ad Praturam Ferrariæ bis accitus Anno ſcilicet* 1459. & 1466.

JOANNES Junior ſuperioris Filius, Comes, & Eques, qui Anno 1460. Fulginium, & 1466. Peruſiam *ſumma cum laude rexit; accepitque Privilegium à Prioribus Artium Civitatis Peruſiæ, quod adhuc viſitur apud Co. SERTORIUM URSATUM egregiæ indolis juvenem, SERTORII de quo diximus Nepotem.*

ANTONIUS Joannis Junioris Frater, de quo hoc unum dixiſſe ſufficiat, ejus Funeri Principum Legatos, Urbiſque Rectores interfuiſſe; ut exindè facile dignoſcatur, quanti fuerit, Ex antiqu. tab.

REPRANDINUS Joannis Junioris Filius, vir eximius, *De hoc la-*
qui meruit Uxorem ducere Montaninam Piccolomineam, *tius in Li-*
PII II. Pontificis Maximi neptem, & PII III. Sororem. *bro Inſcr.*
Vide Portenar. fol. 209. 210. *Urb. f. 533.*
Caterùm, quod ad URSATÆ gentis antiquitatem pertinet, *& Agri fol. 393.*

multa

Digitized by Google

multa quidem dici poſſent, quæ brevitatis gratia omitto. Hoc interim memorare placet, ſcilicet in antiqua Statutorum Libro mentionem fieri Patavini Urſati, *qui anno* 1221. *interfuit privilegio, quo* Bertoldus Patriarcha Aquilejenſis *à Republica Patavina, Civitate donatus fuit.*

V. Inſcript. Agri Pat. fol 27.

C H I E S A   N O V A.

Extra Portam Savonarolæ in ſuburbia, ex quodam antiquo Chronico.

1 Simeon de Statuis, Raymundo Epiſcopo Patav. aſſentiente, & ejus Capitulo, Eccleſiam ſub invocatione Sanctæ Mariæ Novæ fundavit de bonis ejus; jus Patronatus ſibi in illa ſpecialiter reſervando,
Anno Domini M.CCCLXXXIII.
Die Sabbati XXI. Februarii.

Has duas Inſcriptiones ad me tranſmiſit Doctor Nicolaus Sanctorellus *Rector illius Eccleſiæ, vir doctus, & eruditus, ſunt quæ ſequuntur.*

Hæc prima Inſcriptio triennio ante ſequentem inſculpta in lapide medio Altaris fulciente columnas à cornu dextero, ſive Evangelii ſic legitur rudi antiquorum ſtylo compoſita.

1 Divis Carolo, & Macario dicatum. Sic procurante Reveren. Benedicto Zilio Montagnenſi Rectore, ſuiſque eleemoſynis piorumque Parochianorum Pauperum Eccleſiæ, Anno Salutis M.DCXXIII.
Menſe Martii.

Pari

Pari ſtylo, atque inſuavi tenore legitur altera in medio Petræ fulcientis Santiſſimæ Virginis Mariæ Tabellam Roſarii, triennio poſt priorem, exarata ſequentibus.

2 D. Mariæ Dic.
Ac Sanctis Benedicto, & Antonio, ſub Regimine ejuſdem Reverend. Presbyteri Benedicti Zilii, ære verò ſ. Antonii Giaconi M. DCXXVI. Menſe Martii.

CITTADELLA.

V Inſcript. Agri Pat. fol 209.

Pulcherrimum Oppidum, Mœnibus, ac Foſſa in Orbem circundatum, cum duabus fortiſſimis turribus, in profundo quarum Actiolinus ſæviſſimus Tyrannus, nobiliſſimos quoſque Patavinos captos tranſmittere ſolebat: quos poſtmodum ibi fame, & pedore divaſſlictos, atque acerbiſſimis cruciatibus excarnificatos, mori cogebat, ut de his plura habes in Inſcriptionibus Agri Patav. fol. 209. & Urb. fol. 587.

Inter inſignes Viros, tum armis, tum literis, qui ex hoc inſigni Oppido prodiere, non eſt ſilentio prætereundus PETRUS cognomento CITTADELLA, hunc enim peritiſſimum virum ſua in Poeticis, Grammaticis, & Rhetoricis præſertim, Opera plurimum illuſtrarunt, ſcripſit de Arte Grammatica utilia pueris rudimenta, cecinit carmen, cui titulus eſt: Deus Homo. *Scripſit præterea ad amicos Epiſtolas Metricas ſatis cultas, quæ omnia impreſſa leguntur, quæ adhuc ſupprimuntur, & præſertim, quæ ob varietatem, rerum multarum ad imitationem Politianum appellavit miſcelanea. Obiit piè hic Anno Salutis M. D LIII. Ætatis ſuæ LXXVI.*

In Majori Baſilica, propè Aram Sancti Pauli in Oratorio.

1 Anno XCV. poſt XVI. Redemptum Sæculum V. Kalend. Martii Oriente Sole; Cum in hominem rebellans natura ingenti terremotu minaretur, vel ſub tecto ſepulchrum.

chium. Servata Cittadellæ Communitas, voti rea Divo Paulo Apoſtolo ſemel quotannis, eadem die ſacrum ſolemniter celebrari in gratiarum actione pollicita perpetuum, hoc poſuit Monumentum.

In Eccleſia vulgò della Diſciplina.

2 Confraternitatis mortis, quorum animabus pietatis monimentis ſuffragatur, cum corporibus ſepulchra deeſſent, hoc ex alterius munere illis exegit,

Anno Domini M. DCXCIV.

CODIVERNUM S. ANDREÆ,

vulgò Codiverno di Sant' Andrea.

V Inſcript. Agri Pat. Jul 248.

Vicus, qui nomen impoſuit cuidam antiquæ, potenti, ac prænobili Familiæ, quæ appellata eſt de Sancti Andreæ, & Sanctæ Luciæ, *nunc eſt extincta. Ex ea fuere Domini ejus Vici, & Sancti Andreæ Muſoni Caſtri prævalidi. Habitavere ad Sanctam Luciam Patavii, ubi eorum ſplendidiſſimæ Ædes. ALEXANDER, in adverſo prælio, quo repulſus eſt AZZO Marchio Eſtenſis ad Villam Novam Agri Veronenſis, captus fuit ab Imperat. FRIDERICO II. Anno* 1239. *JACOBUS verò ejus Frater peramicus Marchionis Sicarus immiſſis ab Actiolino trucidatus eſt. Ejuſque Ædes funditus everſæ. LITULFUS autem Sancti Andreæ Anno* 1260. *cum Vincentia, ſe ſe Patavinis dedidit, ad eam Urbem Primus Prætor miſſus fuit.* Petrus Gen. lib. 4. Chron. MS.

In Parochiali Eccleſia Sancti Andreæ.

Humi in Marmoreo Lapide.

1 D. O. M.

Uni trinoque Domino

Hoc ſepulchrum poſitum

Pro Sacerdotibus Parochis,

A Virginis Partu M. DCXCIII.

In

In eadem Eccleſia pariter Humi in pulchro lapide.

2 D. O. M.
Natalis Eques Simeonato J. U. Doct. Proth. Apoſt.
ac Rect. Anno ſui regiminis XXVIII.
Poſtquam domum Dei per totum decentius ornavit,
Sibi ſoli Domum hanc conſtruxit, illam habitaturus,
cum Deo vocante Animam egerit, ac in ea expectaturus
Noviſſimum diem. Anno Domini M. DCC VII.
Ætatis ſuæ L XIII.
Incidenda.

In Canonica Æde ejuſdem Eccleſiæ.

3 Natalis Eques Simeonato Jur. Utr. Doct. Prothonot. Apoſtol. & hujus Plebis Rect. Templum Dei, ac Altaria decoravit, Sacrariumque ſupellectili, etiam argentea illuſtravit, & extra in Cœmeterio columnam cum Cruce, muros, ac quatuor ex lapide Pontes ædificavit; Tandem ſuo ære in circuitu Canonicæ Domus pietate motus, murus à fundamentis extruxit.
Anno Domini M. DCCVII.
Incidenda.

CODIVERNUM SS. TRINITATIS. *V. Inſcript. Agri Pat. fol. 249.*

In proſpectu Ædium Parochialium altius in parva Tabella.

Uni, ac Trino Omnipotenti.
Franciſcus Rector Cio.
Anno M. D CXXVII.

V Inſcript. Agri Pat. fol 397.

CORNELIANA,

vulgò Corniana.

Fuit ſub Ditione Familiæ Nobilis, & Antiquæ Bonziorum, *ſeu* Bonitiorum, *quæ nunc extincta eſt.* Jordanus, & Petrus *fidiſſimi Patriæ contra* Actiolinum *conjurarunt, ut eum occiderent, ſed conjuratione deprehenſa ſæviſſimè à Tyranno trucidati ſunt. Ædibus ejus everſis, tunc ad regionem Sancti Ægidii ſitus.* Git. lib. 5. Cr. MS.

Humi in Lapide.

Bernardus fuit primum Rector, mox Leon Rect. & Vic for. menſque in diſcipl. philoſophicis, & theologicis ſedulus auditor.

1 Dominicus Baruchelli Tridentinus, Feltrenſis Diœceſis Jur. U. Doct. hujus Eccleſiæ Rector, & Vicar. Foran. jacet hic pietate, & beneficentia, ſemper vivens. Bernardus Barucchelli Sacræ Theol. Doct. Colleg. amantiſſimo Conſobrino, & in Benefic. Succeſſor, non ſine lacrymis P. Obiit die XIV. Octobr. Anno M. DCCV.

In fronte Ædium Cœnobii Sancti Auguſtini Patrum Ordinis Prædicatorum, Tabella Lapidea.

2 Turbine concuſſa, & ferè penitus everſa Domus, Anno M. DCLXXXVI. XXIX. Julii, excitata poſteà anno M. DCLXXXVII. Hanc eandem in decentiorem formam redigerunt Patres Anno M. DCCVI.

Ad Ædes Nobilium de DOCTIS.

Nobilis, & Antiqua Familia Co: DOTTO DE DAULIS habet Publicum Oratorium, parùm ab hac Parochiali Eccleſia, quæ eſt Jus ſuum Patronatus, diſtans, in angulo ſui viridarii, viæ communis cohærens, Divo Franciſco, & Beatæ Mariæ Magdalenæ *dicatum: Et Ædem Dominicalem, in cujus proſpectu ſub Horologio Solari, legimus.*

Non labuntur tempora Doctis.

Intus

Intus verò ſuper Atrii Januas in Coronide lapidea hæc Problemata cum ſuis ſuperiùs pictis figuris inciſa conſpiciuntur, videlicet,

In 1. *Parta tenens, non parta ſequor.*
In 2. *Tendam paululùm, ut tollar in altum.*
In 3. *Non edendi, ſed vincendi cupidus.*
In 4. *Flectimur, non frangimur undis.*

Cum hac Familia familiaritatē habuē per antiquā habeoque etiā nunc cū Comitibus Hieronymo, & Jo. Bapt. Equite Hieroſol. & Chiliarcha in Cohorte Patav.

CURTARODULUM, *vulgò* Curtarolo.

De hoc celeberrimo Vico, vide quæ latè diximus in Libro Inſcriptionum Agri Patav. fol. 230. & Inſcriptionum Urbis fol. 58. *ubi de Comitibus Curtarodolis, de Viris Illuſtribus eorum antiquiſſimæ, & potentiſſimæ Familiæ. Eorum ſpecioſum Sacellum cum Sepulchris Familiæ, Patavii ad Divum Auguſtinum Patrum Ordinis Prædicatorum.*

V. Inſcript. Agri Pat. fol. 220.

In Archipresbyterali Eccleſia Sanctæ Julianæ.
In Templo ſuper Oſtio.

1 Valerius Pædinus Archipresbyter hunc chorum ſumptibus à fundamentis erexit.
Anno Domini M. DCXXII.

---

2 Sacrum D. O. M. hoc Sanctæ Julianæ Virginis, ac Martyris dicatum.

Humi juxta Aram.

3 Tumulus Archipresbyterorum ſine titulo.

---

4 Hic jacet D. Georgius Claſſer Tridentinus, ætatis ſuæ annorum LXXIV.
Obiit Anno Domini M. D CLXXXXIII.

5 Marcus

5 Marcus Antonius Donato, Archipresbyter Curtarodulı, Anno Domini M. D C L XXXI.

Extra Foris Templi Abb. Sancti Andreæ ſtratum marmor.

Tito Ælio Quinti Filio Romilia, eſt trib.

T. AELIO Q. F.
ROM.

Agri Pat. fol. 190.

C U L T E L L A T A, *vulgò Cortellà.*

Parochialis Sanctorum Nazarii, & Celſi.
Ad Aram maximam in ſublimi.

1 D. O. M.

Hoc Altare de ligno in lapidem redactum, olim expenſis Reveren. & Excellent. Vincentii Barballi, Sacræ Theologiæ Collegiati Paduæ, & hujus Eccleſiæ Rectoris. cum tabernaculo, Anno Domini M. D CC IV.

Ad illam Sacri Roſarii Beatæ Virginis.

2 D. O. M.

De Ligno in Lapidem erectum eleemoſynis Populi, Confraternitatum ope, & auxilio Rect. Vincentii Barballi Doctoris, ac Eccleſiæ Rectoris, Anno Domini M. D CC VI.

Agri Pat. fol. 283.

D O L O.

In Templi ferè medio.

1 Qui giace le ceneri della Signora Veneranda Rizzi, fù Moglie del Signor Pietro Curnis. Morì li 11. Giugno l'Anno M. D C XC VIII.

2 Hic

2 Hic jacet Catharina Degana David diem noviſſimum expectans, Obiit in Domino Anno Salutis humanæ, M.DCXCVII. Die IV. Februarii, Ætatis ſuæ XXXVIII.

---

3 Jacent hic oſſa Joannis Jacobi Albinioni. Obiit Anno Domini M.DCXCVII. Die XV. Septembris.

ATHESTE, vulgò ESTE.

V Inſcript. Agri Pat. fol. 77.

Oppidum Antiquum Ædificiis, ac Civibus frequens, Mœnibus, & Arce munitum, Agro fertili, Collis amœnum, atque cultiſſimum à Plinio *Secundo libro 2. cap. 19. & à pluribus aliis antiquis Coſmographis celebratum. Hic effoſſa ſæpè veſtigia quædam antiquitatis manifeſtiſſima, hujus egregiæ vetuſtatis indicia præſtant; de quibus & nos in Noſtro Libro* Inſcriptionum Agri *mentionem facimus, ubi fuſè etiam adhibita Chronologia egimus de ejus regimine caſus etiam expoſuimus bellorum præcipuos, & everſiones, ubique omnia, quæ huic nobili, ac præclentiſſimo Municipio, ut illud* Scardeonius *appellat, accidere.*

Anno 1697. In Viridario Comitis PAULI VIDIMANI Patritii Veneti, reperta eſt Arca marmorea ſine operculo cadaverum oſſibus plena, deinde non procul inventa ſunt veſtigia murorum, & pavimenta teſſelati operis cum columnis, & tabulis marmoreis, quæ thermarum reliquia fuiſſe nonnulli arbitrantur, moniti antiqua traditione, olim balnea ibi extitiſſe: non longè etiam duo lapides cum his inſcriptionibus effoſſi ſunt.

1

VIBIA L.
MAXUM....
POSUIT
MARC'O
MEDICO.

ANTEROTIS
FULLONIS.

Anterotis nomen eſt integrum.

Ad

Ad Turrim in Domo Comitis MANFREDINI circum fruſtum columnæ.

Antiquorum Monumenta.

1 CANCRARIUS L. F. PICENUS
VIXIT ANN. XII.

In ejuſdem Columnæ Baſi.

2 OSSA
SEMPRONIÆ
L. F. MATRIS

In ſuperiori parte magni Saxi.

Marco Tucidio Publii Filio Romilia Marcello Barbia Marci Filia Secunda ſibi & viro vivens fecit.

3 M. TUCIDIO. P. F.
ROM. MARCELLO
BARBIA. M. F. SECUNDA
SIBI ET VIRO V. F.

Ad Portam veterem nuper effoſum eſt ſaxum, cum hac Inſcriptione.

ERIZE purgaſti juſta ratione ſceleſtos
Amplexu dulci Vir pietate bonos.
Commodus hic locus eſt...... civibus ære
Redditur æternum nomen, opuſque tuum.
Quos peramas, coluere boni, quos ſemper iniqui
Odiſti, metuunt te, fugiuntque procul.
Anno M.DXXXVIII.

IN

IN MAJORI TEMPLO INSIGNIS COLLEGIATÆ.

V Inſcript. Agri Pat. fol. 82.

Extra in Fronte Templi ſub Horologio magnis literis.

1 Horarium hoc ære Magnificæ Communitatis erectum.

DEPUTATIS.

Nob. CHRISTOPHORO DE VADO.
Nob. BERNARDO DE CALLEARIS.
Nob. JO. BAPTISTA ZOJA J.U.Doct.
Anno Domini M. DCC III.

In ipſo Templo.

2 D. O. M.
Cattarina Petri Zeno Patr. Venet. Uxor hic requieſcit.
Anno Domini M. DCCIV.

---

3 D. O. M.
Hanc poſuit Petrus ſibi Bartholonins cunam, qua ſimul hac cadent illeſuos, Anno M. DCCII.

---

4 D. O. M.
Petrus Antonius Goldinus ſepulchrum hoc pro ſe, ſuiſque hæredibus F. C. Anno Domini M. DCCI.

Juxta Gradus Sacelli Maximi in Marmore ſepulchrali.

5 D. O. M.
DOMINICÆ cognomento LAURÆ
DE SORARIIS Venetæ,
Probæ, Suavis, honeſtæ,
Immaturè nimis extinctæ
Ob Fœtum in Utero extinctum immaturè,
Cineres hic jacent.
M. DCCVII. Menſe XXVII. Auguſti.

V Inſcript. Agri Pat. fol. 85.

S. FRANCISCI PP. CONVENTUALIUM.

Ad pedes inſignis Monumenti Andreæ Bortboloni in Lapide:

1 Franciſco Bortholono Vincentii Filio, pro ſe, ſuiſque Hæredibus tantum.

---

2 Quì giace Lorenza Bertoloni Q. C. M. DCCIII.

---

3 Quì giace Gio: Maria Fontan ſepolto li 29. Aprile, l'Anno M. DCC.

---

4 Quì giace Pietro Hercoleti, Anno Domini M. DCC.

IN ECCLESIA S. MARIÆ CONSOLATIONIS Patrum de Obſervantia.

Humi in Lapide.

1 S. Corp. Jo: Bart. q. cer. Deceſ. xxix. Decembr. M. D CC. Ætatis ſuæ Ann. LXII.

---

2 Hic jacent oſſa D. Gaſpar. Maganza. Ætatis ſuæ L. Obiit die III. Decembris. Anno Domini M. DCXCI.

In Peryſtylo, quod Clauſtrum vocant.

3 D. O. M.
Hic jacet Antonius Turchettus Vixit Ann. LVI.
Obiit die xxix. Auguſti. Anno M. DCC III.

S. MICHAELIS MONIALIUM S. BENEDICTI.

Agri Pat. fol. 93. Ut altera tabella in marmorea Federici S. R. E. Car. Cornelii Epiſc. Pat.

Extra in fronte Templi in tabella Marmorea.

1 Annuente verò Eminentiſſimo, & Reverendiſſimo D. D. GEORGIO S. R. E. Cardin. CORNELIO Epiſcop. Patavin. ejuſdem Communitat. Gratuito viæ dono N. N. D. D. Franciſci Gentilino, Rizzardo Rizzardi Protector. faventi-

ſivenribus Reveren. D. Mar. Martinoni Abbat. fervore, nova Chori erect. ſumpt. Monaſt. ampliatur, Faciæque elegantiori cultui reſtituit, ut lætiori comptu Deo Monialium corda donentur, Anno M. D CC V.

Intra Eccleſiam in Marmareo Tumulo.

2 D. O. M.

Gaſpar de Gobbis Nob. Ateſt. inſignis Medicinæ cultor, hic jacet, Naturæ reparator in morbis morbo ceſſit, noviſſima domus ſuæ facta clauderet, niſi aliquid ſui ſupereſſet in fratre, cum ipſo ſimul translatus de utero, ante ipſum ſolus ad tumulum, ut Sacræ Virgines, quibus profuit vivens piis manibus, pias preces perſolverent, ſuos cineres in hoc marmore juſſit obſignari, Obiit Anno Salutis M. D CC II. Ætatis ſuæ LXX.

Ibidem in alio Marmore Sepulchrali.

Laurentii Galvani, Civis Ateſtini,
Cretenſi Bello in Illyrio,
Contra Turcas Germanorum Ducis,
Et Pace jam inita,
Bis Palmæ ſecurigeræ Militiæ Præfecti,
Honeſta vita in Patria functi,
Ætatis Anno LV. Domini M. DCXCIII.
Hic Oſſa quieſcunt.

SANCTÆ MARIÆ GRATIARUM Patrum Ordinis Prædicatorum.

Ad Aram Sanctiſſimi Roſarii Beatæ Virginis.

1 Anno Domini M. DCCV.
Confratrum Sanctiſſimi Roſarii, Piorumque ære.

Ibidem Humi.

2 D. O. M.

Ut Confratrum Sanctiſſimi Roſarii, ut Pulvis reverta-

tur hic in terram ſuam, unde erat, & ſub ejus patrocinio ſpiritus redeat ad Deum, qui dedit illum,
Confratres PP. Anno Domini M. DCXCV.

In plano tribunæ in lapide.

3 D. O. M.
Camillæ Alexio Gentilini requies, & pax,
Anno M. DCC.

Ad Aram Sancti Thomæ Aquinatis.

Silete linguæ ubi Deus laudator eſt,
Fallere non poteſt, qui laudatur.
Dum qui laudat non fallitur.
Quam benè ſcripſerit, collige ex teſtimonio,
Quam benè vixerit, diſce ex præmio.

Extra Eccleſiam in Porticu hujus Monaſterii, in ſepulchro lateritio tempore Scardonii legebatur ſequens Epitaphium.

4 Claræ Miliatiæ, Hieronymæ Miliariæ Jo: Ant. Fil.
Virginei ſpes ampla chori Miliaria Virgo,
Hieronyma excellens norma pudicitiæ,
Proh dolor! heu recubat, quartumque vixerat annum,
Tunc decennium Lacheſis ſtamina cumſecuit,
Nobilis inde Parens Antonius ora Joannes
Flectibus aſpergens condere fecit humo.

IN ORATORIO S. CAROLI.

Humi.

1 D. O. M.
Sepulchrum Confratrum Venerandæ Archiconfraternitatis Divi Caroli Borromæi conſtructum,
Anno Domini M. DCC VII.

---

2 Sepoltura delle Sorelle della Scola di San Carlo.

3 Sepol-

3 Sepoltura delli Benefattori della Scola di San Carlo.

4 D. O. M.

Qui giacciono li Corpi di q. Mattio Colombo, e di Siſta ſua Conſorte, ſervirà ſolo per Lucietta, e Giovanna ſue figliuole, 20. Ottobre M. DCLXXXVI.

IN ORATORIO S. HIERONYMI.
In lapide Sepulcbrali.

1 D. O. M

Dominicus Ferrari J. U. D. Public. Ateſt. Præceptor, nec non Caſalis Scodoſiæ Archipresbyter, Confrater hujus Oratorii Amantiſs. Anno Ætatis ſuæ XXXVIII. Kalen. Decembris M. D CC. Hic ſepeliri mandavit.

IN PAROCHIALI S. CRUCIS DE CAMPO LONGO
Olim Communitatis Arbeſtinæ, nunc Familiæ Manzonæ *Patritiæ Venetæ Juspatronatus.*

In rubro Marmore.

1 Cineres Sacerdotum curam animarum habentium, & Agentium Camporum, homum ab Inclyta MANZONI Veneta Paravinaque Familia Nobili, nec non honore Marchionis decorata electorum,
Anno Salutis M. DCCIV. VII. Kal. Majas.

Sancti FIDENTII de Pulveraria.

Olim parvum Oratorium, & Eccleſia Sancti Blaſii de Lignaro ſubjectum, mox Populorum oblationibus in Templum erectum; quorum commodo, & ſaluti conſulens JACOBUS ZENO Pius Pontifex Patav. Anno M. CCCC LXVIII Animarum curam conceſſit, relicto Populis jure eligendi ſibi Parochum *V Inſcript. Agri Pat. fol. 339.*
Ex Scriptor. Publ.

Ad

Ad Aram Sacri Roſarii Beatæ Virginis.

Erecta fuit Sodalitas Santiſſimi Roſarii in hac Eccleſia, Die XXV. Septembris, Anno Domini M. D C V.

Cappa filius Bovi, & Jacobus *ex hoc loco viri populares, ſed ſtrenui, & fortes cum in ſuſpicionem Ætholini cecidiſſent,* ab Anſidio *ejus Nepote Prætore Patavii ex mandato Tyranni prius truncatis manibus, & pedibus in foro capite pleſſi ſunt, Anno* 1253. Refert Rolandinus fol. 73.

C A R C I N I A N U M,
vulgò Galzignan.

V. Inſcript. Agri Pat. fol. 167.

Ad Aram Sanctiſſimi Roſarii in ſublimi.

1 Ara Beatæ Mariæ Virginis, ex piis Frataleæ ejuſdem eleemoſynis Rectore D. Franciſco ab Aleo 1698.

Ad illam Sanctiſſimi Nominis Dei.

2 Chriſtus Nobiſcum ſtat.

Aram hanc ex eleemoſynis acceptis, ex tribus Frataleis, & piis fidelibus D. Franciſco ab Aleo Rect. 1698.

GRANCIARUM EPISCOPANÆ,
vulgò le Granze di Veſcovana.

Agri Pat. fol. 107.

In Parochiali Eccleſia Sanctæ Chriſtinæ humi in lapide.

1 Fù proviſto di queſt'Arca dal Nobil di Padova Signor Conte Antonio Alberto di Conti Kaval. del Redentore, per l'oſſa de ſuoi domeſtici M. D C III C.

In Templi ferè medio in Lapide Sepulchrali.

Mors etiam de morte vivet non ſola cypreſſus.

Nobilium Rhodigii Longorum tumulum, quem Nob. D. Dominicus Longo P. M. D C III C.

3. Pars.

3 Pars terræ ad conſtruendum Sacrarium, ex liberalitate Illuſtriſs. D. D. Comitis Antonii Alberti de Comitibus Nob. Patav. Equit. Redemptoris conceſſa.

Anno M. DCC.

In Oratorio Nobilium de ZAMGEROLAMIS, Tabella Lapidea muro fixa.

4 Per Decreto dell'Eminentiſſimo, e Reverendiſſimo Signor GIORGIO CARDIN. CORNARO Veſcovo di Padova; Non ſi celebri in queſto Oratorio, quando non ſia preſente qualcheduno de Patroni di Eſſo, ò de Parenti loro, ò Hoſpiti NOBILI VENETI, ſotto pena di ſoſpenſione à *Divinis ipſo facto incurrenda* dal Celebrante, e riſervata à Sua Eminenza, e Veſcovi Succeſſori. Anno Domini Noſtri Jeſu Chriſti 1707. Menſis Junii.

S. GEORGII PERTICHABUM vulgò San Giorgio delle Pertiche.

V Inſcript. Agri Pat. fol. 252.

Ad Pontem Turris, olim de Burs, in ſpecioſo Sacello Sanctæ Crucis in Lapide.

1 Favore Eminentiſs. & Reverendiſs. D. D. S. Rom. E. Cardin. GREGORII BARBADICI Epiſcopi Patavini, hujus Sacelli, quod Proſper Vivianus Civis Venetus ære proprio, & præcipua in ſuos pietate, Sanctæ CRUCIS Nomini devoverat, Reveren. D. Cæſar Facoli Archipr. D. Georgii à Perticis, Vicarius Foraneus benedictionem diu optatam tandem contulit,

Anno M. DCXCV. Die XVI. Septembris.

Entra

Extra Portam Portelli

V. Inſcript. Agri Pat. fol 35.

IN ECCLESIA S. GREGORII, *vulgò San Gregolo.*

Antiqua Sepultura Familiæ de GUSSONIBUS, *inſcriptio Sepulturæ.*

1 D. O. M.
Dominicus Guzzoni Patavinus Civis, hunc ſibi V. ſuiſque tumulum fieri juſſit, Anno reparatæ Salutis, M. DXC. Obiit Anno M. D XC I. XXIV. Auguſti.

Agri Pat. fol 136.

SUB HAC PARÆTIA, S. URSULÆ *Patrum Minorum S. Franciſci de Obſervantia.*

Pone gradus Majoris Aræ tumulus abſque titulo.

Supra Januam, quæ à Choro ad Sacrarium ducit in Lapide.

Conſecratio hujus Eccleſiæ celebratur die 17. Auguſti.

HOSPEDALETTO.

Agri Pat. fol 37.

In fronte novi Templi.

1 Templum hoc Sancto Joanni Baptiſtæ dicatum, ex incapaci, & anguſta in auguſtiorem hanc, & ampliorem formam populi hujus eleemoſynæ à fundamentis excitarunt. Andreæ Melati Parochi vigilantia Anno M.DCCIV.

In ipſo Templo humi.

2 D. O. M.
Franciſcus, & Andreas de Brunellis q. Joannis hujus Eccleſiæ Benefactores, hoc monumentum ſibi, ſuiſque Poſteris procurarunt. Anno M. DCIX.
D. O. M.

3 D. O. M.

Bortolamio del Bello per sè, e per ſuoi Eredi 1705.

INSULA ABBATIS,

vulgò Iſola dell' Abbà.

V. Inſcript. Agri Pat. fol. 331.

Pagus hic Nomen Inſulæ Abbatis accepit, quòd cum medietate Pagi Lignarii Uldericus Epiſcopus Patav. *una cum jure decimandi, & exigendi Quadrageſimam frugum partem ex toto Agro, dono dedit, Anno* 1064. *Abbati Sanctæ Juſtinæ, factum eſt, ut pars altera, ſeptemtrionalis videlicet* Epiſcopi, *pars altera, nempè Auſtralis, Abbatis appellari cœpit,* Ca. lib. 2. Urſat. fol. 242.

Extra in pariete Eccleſiæ ad meridiem in fruſto lapidis.

Lapis ſepulchralis eſt decurtatus, ſic autem legendus.— Atilia Viva Quitæ Cœliæ Atiliæ locu monumētu poſuit. In fronte pedam....

Q. COELIAE VIVA ATILIA— LOCUM—— IN FRON..	M. PETRONIUS PRIMULUS III III VIR AUG. SIBI ET PE TRONIAE UXORI LIBERTIS LIBERTA BUSQUE MEIS VIVENS FECI. *Scard. fol. 64.*

Parochialis Annunciationis Beatæ V. & S. Leonardi.
In ſuperliminari ſpecioſæ Majoris Portæ Templi recenter extructæ, M.DCCVII. Menſis Maii.

In Proſpectu Eccleſiæ eſt depictus Pater Æternus Mundo imminens cum Gloria Beatorum Spirituum, inferius verò Beatæ Virginis Icon Annunciatæ ab Angelo deſcendente.
Item in eodem proſpectu eſt Sanctus Antonius Populo benedicens, ſub quo hæc verba:

HIERONYMUS PRIOLUS q. VINCENTII.

Ex alia parte habetur Sanctus Hieronymus in ſpeciem contemplantis cum hac Epigraphe:

4 Hunc aſpectum ex devotione fecit.

Humi propè Aram Sanctiſſimi Roſarii in parvo lapide.

5 Hic jacent Oſſa D. Fridiani de Carolis.
Obiit die XXII. Julii M.DCLXXVII.

Scribit Thomaſinus de Gymnaſio Pat. fol. 497. *Anno* 1653. Gabrielem Naudeum *Pariſienſem virum clarum*, 29. *Julii in hac* Villa Abbatis, *ex Aula* CHRISTINÆ REGINÆ *SVECIÆ reducem, diem obiiſſe,*
Natus II. *Februarii, Anno M.DC.*

In Rure Sancta Juſtina in Colle.

In Sacario aliàs in Tabella Lapidea.

V. Inſcript. Agri Pat. I fol. 253.

A. P. M.

Don Domenico Giordani laſciò à queſto Parroco, che è, e ſarà prò tempore l'obligo di celebrar Meſſe XXXIX. all'Anno à Lire due l'una, da eſigerſi il Danaro dal Reverendo Clero di Padova, e da Zamaria Mazzon, & Heredi, come appar dal Teſtamento in Atti del Signor Gerolemo Girotto Nodaro di Coll. S. P. XX. Febraro M.DCCIV. e da regiſtri nel Giornale di Taſſe, e Genti d'Arme del Reverendo Clero ſudetto XXIII. Gennaro M.DCCIV. e da Inſtrumento Ma. M.DCCIV. Nodaro il ſudetto Girotto, e da Inſtrumento in Atti dello ſteſſo XXV. Luglio M.DCCIV.

Commiſſarii.

Don Domenico Spagnolo.
Antonio Maria Minotto.

LIMENA.

V Inſcript. Agri Patav. fol. 229.

Fuit olim Portus, quo tempore Euganeorum deportabantur merces, deinde Caſtrum munitiſſimum ſub ditione Regiæ Familiæ de Limina, memorabile ob multos, & frequentes bellorum caſus, ut diximus Libro Inſcript. Agri Patav. fol. 228.

In Magnificentiſſimo Palatio extructo per VINCENTIUM FINI Divi Marci Procuratorem, quod ob aularum amplitudinem, cubiculorum numerum, Xiſtorum, ambulacrorumque, atque aliorum ornamentorum varietatem penè in pluſquam regiam munificentiam exſurgit.

In fronte magnis, atque pulcherrimis literis.

NONDUM FINIS.

In specioſo Sacello Sanctiſſimi Roſarii dicato.

LAPIDES PRETIOSI OMNES MURI TUI.

In domo Nobili, quam ex ruderibus, ac ruinis antiqui Caſtri à fundamentis extruxit, eximius Vir Nicolaus Savonarola *Nob. Patavinus, additis turribus ad ejus, & loci ornamentum. Eam domum triplici ex latere alluit unda præcipiti Medoacus.*

Hac inſcriptio

Medoace rapidas undas coerceto:
Nec, precor, eam domum hanc injurioſo flumine conente.

In Rure Leonis.

Agri Patav. fol. 396.

Extra Ædis ſacræ januam in Lapide.

L. VA....... POB.
.... PATRONI
ANN. XVIII. ET
SATRIÆ C.F. FIRMINÆ
UXORI CARISSIM...
..... ERIMN.....

L U G O.

V. Inſcript. Agri Pat. fol. 366.

Ad Aram Beatæ Mariæ Virginis.

1 Altare Beatæ Mariæ Virginis dicatum.
Ex humili Eccleſiæ loco tranſlatum, ac ornatum Decreto Reverendiſſimi Capituli Canonicorum Paduæ,
Anno Domini M. DCC.
Theſaurario Co: HIERONYMO ZACCO.

Æ M I L I A N I C A,
vulgò Mejaniga.

Æmilianica (ſcribit Pignorius) *ut etiam adnotavimus in* Libro Inſcriptionum Agri Patav. fol. 257. *Ex hoc loco, ubi olim erat Caſtrum munitiſſimum, Scriptores de Nobiliſſimis* Familiis Patavinis *originem duxiſſe volunt Nobilem, antiquam, & potentem* Familiam Deleſmaninorum, *loci, & Caſtri Dominam, de qua non ſemel tum in* Libro Agri, *tum in* Libro Urbis *mentionem fecimus, ut videre eſt in utroque Indice.*

In Eccleſia Parochialis Sancti Antoninis Martyris.
In medio Eccleſiæ in albo Marmore.

1 D. O. M.
Qui ſono le Oſſa de Sier Lorenzo Loredano Nobile Veneto, fù de Sier Zan Franceſco 1698.

---

2 Dominici Fantali hujus Eccleſiæ optimè meriti ſummo omnium dolore pauperibus piè lachrymantibus, mortales exuviæ conditæ. Anno Domini M. DCXCIV.
Die Februarii ſexta.

MEREN-

MERENDULE,
vulgò Marendole.

V Inſcript. Agri Pat. fol.67.

Olim Caſtrum fortiſſimum Muris, foſſibus, & ageribus munitum. Scard. fol. 18.

In Eccleſia Parochiali Sancti Nicolai olim anguſta, & rimoſa, nunc in ampliorem, & ſplendidam formam redacta, in ſublimi Ara Maxima poſt inſignia FAMILIÆ Buzzacharenæ *in eleganti marmorea tabella.*

1 D. O. M.
Divoque Nicolao,
VENCESLAUS, & LAURENTIUS Fratres
Marchiones Buzzachareni,
Atque unà
ARQUANUS Comes BUZZACHARENUS
Genere Proximi, Religione Pares,
Aram hanc
Equo cenſus, ac Pietatis impendio excitarunt.
Anno Domini M. DCC.

MIRA.

Extra fores Eccleſiæ ad levam introeuntium.

1 Gaſpar Corbellius Antonii Mariæ Fratr. Patrit. Patav. Philoſoph. & Jur. Utr. Doct. ne Atavi pietatis memoria intercideret P. Anno M. DCLIV. *Agri Patav. fol.288.*

Ibidem humi in albo lapide.

2 Mira mirum recludis ſub marmore duro corpuſculum purum invictæ puellæ. Cœlum nunc ornat anima repleta virtute, quæ quaſi Sol ſplendebat corpori unita. Hæc avunculus major ponere fecit. Anno M.DCXCVII. Die 16. Junii. Jo: Maria Pleban. S. Joann. Novi Venet.

Ibi

In Majori Baſilica ſub fornicis medio, ubi gentilitia ſtemmata FAMILIÆ CORBELLÆ pulchris litteris.

3 Pedes, ac Roſtrum Gallorum ſanguine tinxit.

Præſidet hodie huic Baſilicæ Co: Appiolanus Maria Corbellius, *mihi ſumma benevolentia conjunctus. Vir morum probitate, omniumque virtutum genere ornatus, qui laudabili magnificentia, & liberalitate antiquiſſima Familia ſuæ à* Coruino *deductæ, & in varias Italiæ Urbes propagatæ; Forumjulii, Venetias, & Patavium ſplendorem præſefert. Claruere ex ea* Andreas *Epiſcopus* Cydoniæ, *atque* Benedictus, & Marcus Antonius *Magni Cancellar. Regni Cretæ. Ille anno* 1613. *iſte* 1590. 1596. *circiter.*

---

4 *In domo olim illorum de Vico hodie ANTONII GRIMANI Equit. ac Sancti Marci Procuratoris, in camino cubiculi ſub ſtemmate* ex Familia de Vico Cardinalis Viterbi *Princeps, Romaque* Præfecti floruerunt, *antequam* Venetias ſe tranſtuliſſet.
Anno M. CCC LXXII.

V. Inſcript. Agri Pat. fol. 46.

MONS SILICIS,
vulgò Moncelese.

Oppidum antiquiſſimum mœnibus, & altiſſima, ac olim fortiſſima Arce in cacumine Montis ſita munitum, ædificiis, ac Civibus frequens, & hac noſtra tempeſtate à PATRITIIS VENETIS ſpecioſiſſimis Ædibus exornatum, Agro fertili, & collibus amœnum, vide Inſcriptiones Agri fol. 40. *Ubi non ſolum de Oppidi hujus ampliſſimi vetuſtate, & nobilitate egimus, ſed etiam de bellis, incendiis, ac ruinis, & ſtragibus, aliiſque memorandis fortunæ vicibus, quibus conflictatum eſt iis temporibus: quare nihil hic reſtat addendum præter laudes Oppido datas ab Actiolino Tyranno: is enim cum Vicentia moviſſet exercitum ad obſidendum Patavium unà cum* Gaboardo *Suevo, ſeu Saxone Vicario Cæſaris, & ſexdecim Legatis Patavinorum ad*

eum

eum rerum componendarum cauſa miſſis, qui perduelles Patriæ illi arcem Montisſilicis dediderunt; poſt occupatum Oppidum convocatis Civibus, & Exercitu his verbis lætitiam ſuam explicavit: Hoc, (*ſunt verba* Rolandini fol.) Domino noſtro Imperatori multum erit gratiſſimum, & acceptum, quod ejus Nuntii in Monteſilice ſic honorificè ſunt recepti, utpotè in loco illo, quem ipſe toto affectu diligit, & habet ſuam Cameram ſpecialem, quem etiam exaltabit præ cunctis locis Marchiæ Tarviſinæ, namque non eſt amplius de Padua dubitandum.

MONUMENTA ANTIQUORUM.

Fruſtum lapidis in ſuperiori parte feneſtræ Turris.

C. E. A
OB. HONOI.
VIAM. STRU.

In ejuſdem Turri Arcis fortiſſimæ. In arcu, qui ſupereminet in ſaxo decurtato.

I. SIN. CIO
..O.. Bom.
DRAGONNI
OIP. PR.

Extat præterea fruſtum aliud marmoris infixum parieti ad fundamenta.

IS. L. NN.

Sa xum

Saxum mutilum, in ſedilibus collocatum, ad Ædes NOBILIUM DE BARBO.

GENONI
TITULIS

Lapis decurtatus, qui nunc gradum efficit portæ cujuſdam Domus propè Cœnobium Sancti Stephani.

IN. F CO	INFRC
CXXXI.	I II

Hæc olim integra lapidis moles erat in Monte, nunc verò ſculpo diviſa, latera hic inde Majoris Portæ Ædium NOBILIUM FUSCARENORUM ſubſtruit.

AG. AD.I	AV.JA III
MARM	AG. GEL
T C	IA. SU

Extra Portam Parochialis S. Thomæ in ſiniſtro lapide.

ATTIÆ
F. ALV...

Ibidem.

Hic jacet corpus Rever. Franciſci Cavalini Eccleſiæ Sancti Thomæ Rectoris.

Ad

Ad parietem Sacræ Ædis Sancti Georgii Nob. Venet. de DUODO in antiquo lapide ſub duabus imaginibus.

T. F. ANNIO C. F. ROM. CHOR. T.
T. PRÆT. EANNIA T.L. FESTA
PATRONO, ET SIBI VIVA FECIT

Viſitur ibidem alius Lapis pulcherrimus, & albus ad ſeptem Eccleſiarum.

VARIA. C. FIL. PRI
SCIL NAUTAR.
ET. SIQUI

Lapis erectus, in via propè Domum Civium de SANTINIS.

HIC
LOC. S. L. LICAE
T. RON FE.
FIRMI GAU-
JACCI INFR.
P XXV. AG IX.

In quadam Arcuatam Portam rudis lapis, cum his literis.

T. HEJUL-EJUS
TL. HILARUS
SIBI ET
PONUFIAE
CON ✠ SUPAE E
IN FR. P. XIIII.
RETRO P. XV.

Titus Hejulejus Titi Libertus Hilarus ſibi & Ponuſiæ Conlibertæ Suræ fecit In fronte pedes xiiii Retro pedes xv.

Google

In Podiolo Palatii Prætoris, qui reſpicit forum ſub Immagine Sancti Marci in tabella marmorea antiquis literis prominentibus exarata.

Viribus inſignis Marcus Leo panditur altis
Pacis amans, pietatis apex, timor Hoſtibus ingens
Hic Venetas.... ines Miris ſucceſſibus auxit.

V. Inſcrip. Agri Pat. fol. 47.

IN COLLEGIATA SANCTÆ JUSTINÆ.

In Templi fermè medio in duabus Tumbis.

1 D. O. M.
Baptiſta de Santo, ac ſuis Succeſſoribus:
Anno M. DC XX.

In Altera.

2 D. O. M
Matthæus Calciavora ſibi, & Succeſſoribus.
Anno M. DCXXIX.

In duobus lapidibus, qui ſtant loco baſinm duarum columnarum ad Altare Sancti Antonii.

3 Presbyter Hieronymus
Florellus V.
Archipresbyter.
M. DLXV. - -

Franciſcus Dabo;
Nicolaus Floretus;
Maſſarii Fabricæ,
Oct. die xx.

Sub Icone perantiqua Sanctæ Juſtinæ more græco depictæ literis quaſi Gothicis penè delectis.

4 Opus actum ſumptibus beneficii, fabricæ, plebis Montiſilicis. Viro Vener. Domino Presbytero Dominico de Margaritis ipſius Plebis Archipresbytero, & honorando Viro Magiſtro Jacobo Notario, & Grammaticæ Profeſſore de Monteſilice, idem beneficium pro Communitate Montiſilicis... M... LIII. xx. Menſis Aprilis.

OR A-

ORATORIUM CONPHALONIS

Ad Eccleſiam Sancti Blaſii.

V Inſcript. Agri Pat. fol 62.

5 D. O. M.

Conphalonis hujus Terræ Societas, hanc Deiparæ Virgini, Sanctiſque Protectoribus ſacram Aram Poſ. Natæ Salutis Anno M. DCLXXIX.

In Sacrario tumulus cum hac Inſcriptione.

6 Hìc Dominici Pivæ jacent mortales exuviæ, qui de calce viva vixit ex fornace, cinis factus requieſcit, & extremum tubæ ſonũ expectans, velut in ſacco Piva tacet.

In Gramathophilatio.

7 Muta ſonant in Arca
Mente ſepulta jacent.

In Xenodochio, quod pertinet ad eandem Confraternitatem Sancti Blaſii,

V Inſcript. Agri Pat. fol. 61 62.

8 Qui tranſis, ne tranſeas
Hoc muneris hoſpes non
Hoſpes te namque
Fratrem Fratres incolunt,
Non incolam eligit, & ſocium
Te confalonis ſocietas,
Si Virginis habitantes ſub
Habita in ſe matrem, in te Filium
Dum ſuſcipiunt accipiunt.

Hoc pietatis opus jam vetuſtum Belato Viſitator abdidit Antonina, ut æternæ fortunæ Faber exiſtat.

IN PAROCHIALI S. PAULI APOSTOLI Propè Aram Sancti Joſeph in marmorea Tabella.

Agri Pat. fol 51.

9 Angelus Paltenerius è Monteſilice Altare S. Joſeph a ſe, induſtria, ære, ac pietate redificatum, & in d es

Digitized by Google

ornatum, etiam de toto bonorum ſuorum reſiduo ſtatuto tempore annualem fructum inſtitui mundans, ad Miſſas annuatim itidem celebrandas dotavit, ex teſtamento ab anno 1675. die 19. Aprilis. Antonius F. S. Theol. Doct. Colleg. & inſignis Collegiatæ Sanctæ Juſtinæ Canonic. fideliter explevit, & hic P. anno 1698.

Ad Cryptum Sancti Sabini, In lapide Tumuli.

10 D. O. M.

Proh dolor! Hic jacet MARCUS ZORZI Patritius Venetus hujus Caſtri Prætor Digniſſimus, Prætoria eſt functus hic dignitate ſimul & vita ſplendore nobilitatis, faſtigio poteſtatis, & fulgore virtutis conſpicuus, commune profugium, & aſylum omnium; Quare mœſtiſſima Uxor PEREGRINA VENERIA hoc doloris monumentum IV. Non. Septemb. Anno M. DCC. hic poſuit.

In eadem Eccleſia, in Oratorio Confraternitatis mortis, ſub inſignibus GEORGII S. R. E. Card. CORNELII Epiſc. Pat.

11 MORS PURPURATA TRIUMPHAT.

IN ÆDE SANCTI STEPHANI, Patrum Ordinis Prædicatorum.

V. Inſcript. Agri Pat. fol. 55.

12 D. O. M.

Franciſcus, Familiæ de Maldis ſibi, ac hæredibus domum hanc ſecundam ad tertiam elegit.

Anno Domini M. DCCVII.

Reliquorum Ædificiorum Inſcriptiones.

Super januam Sacri Montis.

13 SACER MONS PIETATIS.
M. DCXXV.

Extra

Extra Portam Sancti Martini ſuper liminare
Januæ cujuſdam Domus.

14 Omnium rerum viciſſitudo eſt.

Extra eandem Portam in Eccleſia Sancti Salvatoris,
vulgò San Salvaro.
Poſt Aram maximam in lapide.

15 Deo eſt dari
A Salvatico Domus. 1704.

In fine Horti ejuſdem Cœnobii Sancti Salvatoris,
ſub picta Immagine.

16 Guntarinus Patavinus Monachus optimè meritus de Alexandro IV. Pontif. Max. de Patria, & de Cœnobio Divæ Juſtinæ collectum in Guelphorum agmen, Sacerdos galeatus proſperè duxit ad Oppidum Montiſilicis, quod unicum extincti Eccelini Præſides retinebant; nam illud Patriæ, Pontificis ſtudioſè reſtituit. Monaſterio verò Latifundia propè Oppidum, quæ olim à Litulpho Carratienſe collata, Ezzelini avaritiæ ceſſerant.

In Æde Excellentiſſimi Jacobi Caſeti *Medici Phiſici, in pariete hac picta ſunt, Horologium Solare, in quo Mors, Tempus, & Cupido jacula perdens in ea cordis aſſidua vulneratione, & Sol inferius exoriens.*

17 Mors hìc, Tempus, Amor ſurgenti Sole reſurgunt
Et cor fatali cuſpide quiſque petit,
Sol cadit, umbra ruit, volat hora, hinc inde ſepulcrum
Spicula perdit Amor, Tempus, & omne fugit.

Extra Oppidum in via, quæ ad Arquadum ducit.

Viſitur Eccleſia Sancti Viti, olim Xenodochium, deindè Cœnobiolum Sanctæ Mariæ Carmelitarum unita, illa hodie penitus derelicta.

derelicta, & Cœnobium ſuppreſſum, l[illegible] ad fornicem Aræ Majoris.

18 Ab Anno 1614. uſque ad annum contagii 1632. Fratre Stephano Sandri Colonienſe die........	Hic fuit [illegible] quo recepti fu[illegible] omnes laborantes à [illegible].

In ſublimi Ara Beatæ Virginis Carmelitarum.

19 Virgo parens Chriſti, Carmeli gloria montis
Hoc Montiſilicis gens tibi ſacrat opus.

S. FRANCISCI PP. MINORUM CONVENTUALIUM In ſublimi Aræ.

20 Piorum eleemoſynis Fr. Franciſcus Bembo Guardianus, Aram hanc extruxit, & ornavit.
Anno Domini M. D C. x. Novembris.

Inſcriptiones Pontium.

Ad Pontem Vaccarum appellatum, quod Armenta vicina, præcipuè verò Hiſpide, eo Arquatum ibant, in eo, qua parte Montiſilicis Caſtrum ſpectat in rudi lapide cum inſignibus Prætoris legitur.

21 Gerolamo Zorzi Podeſtà de Moncelice, l'Anno M. D L XII. de Decemb. D. Pedro de Padua.

Ex altera parte Pontis in polito Lapide cum ſtemmate communis.

22 Gabriel Dabo, Franceſco Ferraro, & Bernardo de Fornaſeri, Deputati della Spetabil Commun. di Moncelice, l'anno M. D LXII..... Decembr.

Alias

Alias Inſcriptiones vide in Libro Agri.

Porrò ex hoc Oppido ortum ſortiti ſunt, tum armorum laude, tum literis, & Dignitatibus Eccleſiaſticis, Viri inſignes, quique mirificè hanc eorum Patriam illuſtrarunt. *Inter quos ex Antiquiſſima, & Nobili Familia prodiit de* Monteſilice *dicta, de qua ſcribit* Roland. lib. 5. *ad Annum* 1253. Montem, *&* Araldum *Fratres egregiæ indolis, juſſu* Actiolini Tyranni, *qui fictis conjurationibus opportunitatem delendi Cives quærebat captos fuiſſe, & perduellionis inſimulatos: cumque ipſi optimis nominibus crimen falsò objectum denegarent,* Actiolinum *convitia in eos conjeciſſe; quibus laceſſitum* Montem, *quippè virum acri animo præditum licet inermem, irruiſſe in illum dentibus ipſius faciem laceraſſe, manibuſque eum ſuffocare tentaſſe; quod utique perfeciſſet, niſi à* Jacobo Schinella Patavino, *aliiſque* Actiolini *Militibus, unà cum Fratre fuiſſet trucidatus. Quis hunc Patriæ non dixerit liberatorem? nam quantum in ſe fuit Tyrannum delevit, Cives ſervavit, ſola fortuna impeditus.*

Celebrandus etiam eſt Sebaſtianus de Monteſilice *egregius peditum Ductor, & in Græcia apud* Methonem, *Bello Turcico, præſidio veteri Præfectus, de quo* Paulus Giovius lib. 8. *Hiſtoriarum commemoravit. Is quidem ubi acerrimè decertaret, à Barbaris in Urbem irrumpentibus injectis catenis captus, & Conſtantinopolim ductus eſt, quid de eo factum fuerit ignoratur. Id ei pro ſepulchrali Elogio ubicunque conditus fuerit habeatur.* Scard. lib. 3. fol. 352.

Nec prætérimus Hieronymum Ferrarium *Poetam, qui teſte* Scardeon. fol. 251. *latinis Carminibus, & ſoluta Oratione plurimum valuit; Extant hujus Epigrammata perquam acuta, & cultiſſimum illud opus Antenoreæ Hiſtoriæ. Heroico carmine, itemque opus de Amoribus, quos aut forſan habuit, aut ſibi effinxit, ut plerique de* Laura Petrarchæ *aſſerere non verentur, nec ſolum Latinis, ſed, & Hetruſcis modis, & Rithymicis concentibus delectabat, ut alterum* Petrarcham *legere ſibi viſus fuerit.* Scard. fol. 251.

Floruit

Floruit quoque ſuis temporibus fama celebris, & experientia, & doctrina medendi probatus Nicolaus Monſſilicis *Chirurgus inſignis. Hic meritò à nobis numerandus, cujus ſepulchrum extat apud Divum Antonium cum hoc Epitaphio.*

Monte ſatus Silicis, Medicina Doctor, & Artis
Chirogicæ Doctor NICOLAUS origine nota
Fila ſuæ vitæ, cum repperit Atrops urnam
Hanc ſibi, qua recubet defunctus corpore, legit.

Verum inter eos, qui maximam gloriam fecit hinc Oppido præcipuus numerandus eſt Simeon Cardinalis Paltinerius. *Is ex hoc Oppido natus, Romam accitus à LUCIO Tertio Pont. Max. ad Cardinalatum evectus eſt Anno Domini M.CLXXXII. à quo in ejus gratiam, & inſigne, & cognomen accepit: nam pro cygno, quem ſui gentiles pro Stemmate ferebant,* Lucium piſcem *poni voluit: unde poſteà vulgari cognomine dictus eſt* Cardinalis à Piſce. *Obiit Anno M.CCLXXVI. JOANNE XXI. Pont. Max. Exinde autem ejus Familia clara facta eſt; poſtea proſcripta fuit, & omnia ejus bona fiſco adjudicata, quòd* Canis Scaligeri *partibus nimium ſtuduiſſes; hucuſque* Scardeon. fol. 127. *ubi de* Piſce Novello, & Paltinerii*s aliis; tempore autem ſui exilii* (quod ut ſcribit Joann: Bon: Andreas in ſuo Manuſcripto de Familiis, uſque ad tertiam generationem duravit) *ſuis pecuniis emerunt* Villam Poghianam *in* Vincentiæ *Territorio. Promotionem autem* Paltinerii, *& ipſe LUCIO Tertio, Anno M.CCXXX. tribuit, hæc ex iſto* Auct. & Scardeon. *Verum* Monachus *Paduanus in ſuo Chronico fol. 34. (cujus verba retulimus ſupra fol. 14.)* Paltinerium *ab URBANO IV. Anno 1261. ad Cardinalatum aſſumptum fuiſſe dicit. Cujus ſententiæ adhæret* Alphonſus Ciaconius *Ord. Prædicatorum, Scriptor inſignis de Geſtis Pontificum fol. 582. ubi de Promotione ab URBANO facta, ſcribens ſingulos Cardinales promotos, hæc habet:*

Anno Domini M.CCLXI. Simeon Paltinerius. Eum Urbanus Papa, Umbriæ, Piceni, Hetruriæ, Venetiæ, & Longobardiæ Legatum, ſumma cum poteſtate creavit, parando bello, quod contra Manfredum Invaſorem

Regni

Regni Siciliæ Pontifex adornabat, eo munere ſub CLEMENTE IV. functus eſt. Obiit anno M. CC LXX VI. *Utra ſententia vera ſit, Judicet Lector, ipſe ſententiæ* Monachi, & Ciaconii *aſſentio.*

Extruxit pientiſſimus Cardinalis *Eccleſiam Sancti Matthæi* in Vico Vantii, *quem Titulo Præpoſituræ, & Canonicatibus exornavit, cujus etiam Conditoris antiqua inſignia gentilitia Cygni in arcu Sacelli Maximi ſpectantur, ut obſervavimus* in Libro Inſcriptionum Agri fol. 68. vide ibi Inſcrip. *Eccleſ.*

HIS omnibus tandem addendus eſt Joſephus Paltinerius, *Ordinis Prædicatorum, quem licet ultimo loco ponam, inter primos tamen qui Patriam ſuam, & Religionem illuſtrarunt, collocare non dubito; ſiquidem magnos homines virtute metiri oportet. Fulgebat enim in eo ſumma pietas, ſingularis humanitas, mira ingenii docilitas. Hic regularis diſciplinæ cultor adeò diligens fuit, ut ab omnibus immiſatione, dignus cenſeretur: idem in legendo, ſcribendo, ac diſputando adeò impiger, ut Philoſophicis, & Theologicis, tum ſummè eruditus evaſerit, tum alios egregiè erudierit, atque in ſapientum virorum conſeſſibus inſignes plauſus promeruerit. Quapropter Eminentiſſimus Sancta Romanæ Eccleſiæ Card.* GREGORIUS BARBADICUS, *(juſtus Literatorum æſtimator) eum chariſſimum habuit, curamque ſupplendi titulos Articulorum Summæ Divi* Thomæ, *(quæ tunc ejus juſſu pro uſu Seminarii imprimebatur)* à Cardinali Cajetano *Commentatore omiſſos, ipſi demandavit. Tandem cum nil in eo deſiderari poſſet præterquam, quod diù viveret, immatura morte præreptus, magnam ſui famam, & deſiderium reliquit; Illam doctiſſimis literarum monumentis partam, hoc vitæ integritate, morumque ſuavitate. Ejus Opera nonnulla adhuc inedita obſervantur. quæ verò typis ſumma cum laude mandavit, ſunt hæc*

Vineæ Molinæ, (Theophilo Raynaudo Colono, ac Vulpeculatore,) demolita à Vulpe parvulilenſus compoſiti, & diviſi Thomiſtici Opuſculum Petri Æliani Marhophæi 1683. Ad JACOBUM CORNIANI, Sereniſſimæ REIPUBLICÆ VENETÆ à Secretis, & iteratis Reſidentiæ Legationibus conſpicuo.

Philoſophia Joannis à Sancto Thoma ex admodum obſcurâ, & prolixa in faciliorem brevioremque formam redacta, Opus quod ſummam laudem, & uſum habuit, 1694. Ad LEONARDUM DONATO Sancti Marci Procuratorem.

Diſſertationum trias, videlicet, De Contritione, De Communione Spirituali, ac de proſcriptis Propoſitionibus à Sanctiſſimis Pontificibus, INNOCENTIO X ALESSANDRO VII INNOCENTIO XI ALEXANDRO VIII & INNOCENTIO XII ex mente Doctoris Angelici, 1698. APOSTOLORUM PRINCIPIBUS conſecrata.

Compendio della Chriſtiana Perfettione prodotto dal Santo Dottore della Chieſa Agoſtino Eſpoſto con la Dottrina dell'Angelico Maeſtro San Tomaſo, 1700. Alla Religioſiſſima Madre, la Madre Suor ELISABETTA DONATO.

Exculpti Lapides Silice de Monte, occaſione Viſitationis habita Anno 1692 à Reverendiſſimo Patre Magiſtro Generali ANTONINO CLOCHE Ordinis Predicatorum. Ad ZACHARIAM VALARESSO, LEONARDUM DONATO Sancti Marci Procur. & JULIUM JUSTINIANUM Equit. Caſtri Montiſilicis Protect. clementiſs.

Mandriola Sancti Jacobi.

Eſt Abbatia de Jurepatronatus Nobiliſſimæ Familiæ Comitum SANCTI BONIFACII, (de qua vide Inſcriptiones Urbis fol. 22.) *ubi de* Ludovico *LEONIS PAPÆ X. cubiculario intimo mentionem fecimus. Is enim ſuis præclaris virtutibus duos Canonicatus, Patavinum, & Veronenſem, & Præpoſituram Sanctæ Crucis Patavii, cum Eccleſia Sancti Laurentii* Villæ Ronconi, *& alia Sacerdotia, & Penſiones conſequi meruit. At defuncto Summo Pontifice in Patriam ad ſuos reverſus,* Herculi *Nepoti ex Fratre reſignavit Canonicatum Patavinum, & Præpoſituram Sanctæ Crucis, atque Eccleſiam* Ronconi, *& alia Sacerdotia, reſervato tantum ad ſuos jure* Mandriolæ, *reliquorum Beneficiorum plenum Jus Manſæ Epiſcopali, ceſſit Anno* 1606. *annuente PAULO V. Pont. Maxim.* vide quæ diximus in Libro Inſcriptionum Agri Patavini, fol. 24. 407. 408.

MER-

MERLARIA,
vulgò Merlara.

V Inſcript. Agri Pat. fol 145.

PAROCHIALIS BEATÆ VIRGINIS MARIÆ.
Extra in Turri Nolarum ſub Sarcophago altius poſito.

M CCC.
De Cavatortis ſculptis marmoribus iſtis
Dominit Carlotus clypeus Merlariæ verus,
Totus amicorum, ſemper timor oppoſitorum
Libenter expendens, Gentem Merlariæ tuens.
Ad pedes autem Sepulchri legitur.
1 Hoc opus fuit factum per Nobilem virum Galvanum de Merlaria, qui hic jacet cum ſuis Fratribus Carloto, Sicherio, & Petro.

Intra in Eccleſia ſuper Aram Beatæ Virg. Carmelitarum.
2 D. O. M.
Virg. Deipar. Carmelit. Reginæ
Sanctoque Carolo Card. Borr. E. C.
Confratr. Carmelit.
A. M. DCCI. E.
Antonio Crivellaro, Dominico Sacco, Maſſar.

Supra Altare Sancti Antonii de Padua.
3 D. O. M.
Divo Antonio Confeſſor.
Pii Confratres poſuere M. DCCIII.
Andrea Gavio, Antonio Pajani,
Maſſari.

In Capella, ubi Baptiſterium in orificio labri magni marmorei, quo continetur aqua Baptiſmalis legitur.
4 Adi 9. Marzo M. DXIX. F. F. P. B Gavio.

In Sacrario circa thecam aream inaurata legitur.

5 Reſpice, accipe, retine, & ſalvus eris.

Ex quibus conjicitur alim ibi ſolitum aſſervari Sanctam Euchar.

In ejus Operculo habetur.

6 D. Bernardinus Gavius Archipresbyter Merlariæ F. F.
Anno Domini M. D L XX V.

In Templi ferè medio in marmoreo Tumula.

7 Hic Diſciplinatorum oſſa conduntur,
à Kalendis Januarii, M. D CC II.

Ibidem in altero Sepulchro lapideo.

8 Marco Crivellari, e Succeſsori ſuoi M. D C X C IV.

Ibidem in altero ſepulchro lapideo.

9 Blaſius, & Joannes Fratres de Spacianis,
hoc Monumentum poſuit, Anno M. DC XXI.

Ab hoc non longe.

10 Pauperum Beneficio Hoſpit. Merlariæ curavit,
Anno M. D C XXX V II.

In pariete Domus Parochialis habentur hi verſus, qui alludunt ad moram ibi tractam à Germanis, & Gallis, & ad Ædificium Turris Combariæ Anno M. D CC VI.

11 Queſta Magion nell'Anno
Ch'ogn'animal da proprii nidi ſciolſe
L'aqUILa, e'L gaLLo, e La CoLoMba aCCoLſe.

In ultimo verſu exprimitur Annus literis majoribus.

Alias Inſcriptiones, vide in Libro Agri Paravini fol. 145. *ubi ſcitu digna nonnulla.*

MON-

MONTATA, *vulgò* *MONTA*.

V Inſcript. Agri Pat. fol. 28.

Olim in hoc pago, hoc antiquum Monumentum extitiſſe; Scardeonius refert.

GRANIAE M.R. ROMANAE
M. GRANIUS URSIO
OPTIMAE DE SE MERITAE
POSUIT.

In Parochiali Eccleſia Sancti Bartholomæi, nunc recenter reſtaurata, & ad ſpecioſam formam redacta.
Extra in fronte Templi pulchris literis.

1 Numinis, has Ædes altè, longèque, potentis
Erexere MONTATÆ, fecit egenus amor.
Anno Domini M. DCCIII.

Intus in ſublimi Ara Annunciationis in lapide.

2 La pieta della Villa della Montà fece fare.
Anno Domini M. DCC VI.
D. Alviſe Alviſii Cur. & Vicar. For.
Maſſari Miſ. Tomio Zago, e Miſ. Domenego Tinello.

Ad Altare Santiſſimi Roſarii Beatæ Virg.

3 La pietà di Parochiani della Villa della Montà fece fare.
Anno Domini M. DCC VII.
D. Alviſe Alviſii Cur. & Vic. Foran.
Maſſari Miſ. Angelo Lincito, e Miſ. Gio. Giacone.

MON-

MONTANIANUM,
vulgò Montagnana.

V Inſcript. Agri Pat. fol. 122.

Oppidum nobile, & peramplum, mœnibus cinctum, pulchris Ædificiis ornatum, & tam privatis, quam publicis facultatibus locuples; ubi ſpecioſiſſimum Templum venerabile, & Sacerdotibus frequens. Poſſidet circumquaque paſcua optima, & pingua; & leguminibus varii generis, necnon Lanis præſtantiſſimis abundat, quæ ab antiquis, & Poetis celebrantur; unde Martialis;

Vellera cum ſumant Patavini juncta trilices,
Et pingues tunicas ferra ſecare poteſt.

Vide Inſcript. Agri à fol. 122. *& deinceps, ubi nedum de antiquitate, & nobilitate, ſed de rebus memorabilibus, quæ ad hoc Municipium contigere, uberius dictum eſt.*

IN COLLEGIATA ASSUMPTIONIS B. VIRG.
Apud Aram D. Caroli in lapide parieti infixo.

1 Fr. Ambroſius Landuccius Patritius Senenſis, Sacri Ordinis Eremitarum D. P. Auguſtini Congregat. Illicitanæ in Tuſcia, Dei, & Apoſtolicæ Sedis gratia Epiſcopus Porphyrienſis, Sacrarii Apoſtolici Præfectus, & Capellæ Pontificiæ Aſſiſtens.

Fidem indubiam facimus, qualiter ad majorem Omnipotentis Dei, Sanctorumque ſuorum gloriam Sacras Reliquias, per nos extractas ex Cœmeterio Sanctæ Cyriacæ, & incluſas ciſtula ſubtili funiculo ligata, noſtroque parvo ſigillo munita ad effectum apud ſe retinendi, alteri donandi, extra Urbem mittendi, & in qualibet Eccleſia, vel Oratorio publicè fidelium pietati collocandi, ac exponendi dedimus, & conſignavimus per Illuſtri, & Admodum Reverend. D. Joanni de Rubeis J. U. D. *Archipresbyt. Terræ de* Montagnana *Paduæ Diœceſ. Nempè de p. ribus Oſſium Sa. Horum Chriſti Martyrum*, Vincentii, Martiani, Fauſtini, Feliciani, Lucii, Silverii, & Fulgentii,

tii, in quorum fidem has præſentes literas manu noſtra, & ſigillo firmatas per infraſcriptum noſtrum Secretarium expediri juſſimus. Datum Romæ ex Ædibus noſtris in Vaticano die 26. Menſe Maii, Anno M.DCLXI.

Fratr. AMBROSIUS Epiſcopus Porphyrenſis, Sacrarii Apoſtolici Præfectus.

Quæ quidem Sanctorum Chriſti Martyrum Magnificæ Communitati, & Eccleſiæ Parochiali, & Collegiatæ Sanctæ MARIÆ ab eodem Jo: Antonio Archipresbytero donata, translata fuere ad Altare S. Caroli Anno M.DCLX. Die... Menſis Januar.

Franciſcus Angelus Secretarius.

Ibidem in rudi lapide.

2 Ab Antonio de Fachinis, à Joanne Paulo Marzolo Sacri Collegii Patavini Doctore, Antonio Vivionetto, Sebaſtiano Toramilio Deputatis, & à Franciſco Zuffo Magnificæ Communitatis Maſſario.

Hunc in recenti Tumulo.

3 Barnabas q. Lucæ Coram Bonaventuræ Ciati hæres, ſibi, poſteriſque ſuis, paravit urnam. M.DCCVII.

IN ECCLESIA SANCTI FRANCISCI,
Patrum Minorum Conventualium. In Templi medio.

4 Antonii Fabris integerrimi Civis Montancanenſis, moribus, religione, pietate clari, Claudiæ Matris cariſſimæ, Bonæ Novercæ optimæ, Alexandri Filioli ſuaviſſimi, cunctos cineres Joannes Bolis J. U. D. Filius Privignus, Pater ter merens ſuo, & poſterorum pulveri aſylum parans hoc ſaxo obſignavit, Anno M.DCCIII. Kalendas Maii. *V Inſcript. Agri Pat. fol 135.*

Penes Aram Beatæ Virg. Hunc in Tumulo.

5 Hanc ſedem uſque ad extremum diem Joannes Baptiſta Manni vivens ſibi, & ſuis poſuit, M.DCC.

6 D.O.M.

Digitized by Google

6 D. O. M.

D. Joanni hanc Aram Jacobus Facciolus Thomæ Filius ſuæ in Deum, divoſque pietatis, ac Franciſcanam Familiam obſervantiæ monumentum vivens erexit, anno 169....

Vetus, & honeſta Facciolorum Familia *inter primas hujus Oppidi enumeratur. Hanc hodie illuſtrat JOANNES, mihi ſumma benevolentia conjunctus, quippè à me in philoſophicis eruditus, Vir Legum conſultiſſimus Patavino Juriſtarum Collegio adſcriptus, quem propter ejus doctrinam, atque integritatem omnes ferè Urbium Rectores Aſſeſſorem exoptant: Felix duobus filiis paternæ virtutis, & dignitatis æmulis æquè à Magiſtratibus deſideratis, ut vix unus ex tribus domi ſuæ eſſe poſſit.*

Extra Oppidum in Æde S. Georgii.

7 Ex legato Reverendiſs. Joſeph Bregolini inſignis Colleg. Montagnanæ Archipresbyteri, Bartholomæus Fratr. reſtauravit, anno 1693. menſe Februar.

Porrò Viris inſignibus, tum armorum laude, tum literis, & Dignitatibus Eccleſiaſticis, quique mirificè illuſtrarunt. Hanc eorum patriam, & a me recenſiti ſunt in *Libro Inſcript. Agr. Pat. fol.* 138. addendi videntur meritò,

Corradinus Corradini, *ex hoc Oppido, ſummo ingenio, & doctrina præditus; floruit* Scardeonii *temporibus, de quo tradit, eum, ſiquidem diu vixiſſet, magnum Poetam fuiſſe evaſurum. Æmulatus enim* Horatium *graves Odas cecinit, Epigrammata multa, & Græca, & Latina, nec non Hetruſca lingua multa, & Amatorias Epiſtolas ad amicam, quam cum nulla haberet præter poeſim, ſibi probè effinxit. Ex ſuis Operibus magnum Volumen confecerat, ſed immaturè è vivis erepto, una cum eo omnia perierunt.*

Floruit quoque ejuſdem Scardeonii *temporibus* Gaſpar Marcellus, *alias* Marzolus *inſignis Philoſophus, & Græca, & Latina Lingua peritus: qui duos de viginti Libros* Joannis Grammatici, *adverſus totidem Libros* Proculi *de* Mundi Æternitate, *è Græco in Latinum ſermonem doctè, fideliterque*

tradu-

traduxit, *JULIO III.* *Summo Pontifici nuncupatos. Quis impreſſi numeroſè propagati, per Orbem Univerſum nomen ejus æternitati commendant; ut jam meritò poſſit immortalis nominis fama, non de Mundi, ſed cum Mundi æternitate certare.* Hæc Scardeonius.

Nec minori gloria dignus cenſetur Stephanus Galeotus; *fuit enim inſignis Medicus, & facundus Orator, omniumque ſanè liberalium artium Profeſſor egregius. Habuit variis argumentis, multas Orationes, præſertim verò elegantiſſimam illam nomine Patavini Philoſophorum Collegii ad FRANCISCUM PISANUM CARDINALEM, Epiſcopatum ineuntem. Obiit admodum juvenis, nec exhibere de ſe potuit maturus id, quod adhuc florente ætate polliceri videbatur. De hoc,* Jacobus Dafinus cecinit.

Quantus es eloquio, medica ſi tantus in arte
Surgas: Parca cadet tertia ab Officio:
Et tua quot ſtupidos reddet facundia, ſi tot
Florentes numeros det medicina tibi.

Montagnonum Mons, vulgò San Pietro de Montagnon.

V. Inſcript. Agri Pat. fol. 170.

Unde acceperit nomen ſatis, & abundè diximus in Libro Inſcription. Agri Patav. fol. 170. *ubi multa ſcitu digna habes. Diuturna fuit obſidio, quo* Actiolinus *hoc Caſtrum preſſit ſed nunquam potuit compellere ad deditionem* Aloyſium Maſaragnum *conſanguineum* Fulconis Domini Caſtri *ejuſdem, quo cuſtode Caſtrum defendebatur.*

In hoc Vico Cl. V. Antonius Vallisnerius Publicus Medicinæ in hoc Archilyceo eximius Profeſſor, *omnigenæ eruditione, rerumque naturalium ſcientia apprimè Doctus, in relatione Euganeorum Thermarum, quam ſcripſit, & retulit* Hieronymus Albrizzi Bibliopola Venetus *in ſuo Muſæo, vulgò* Gallaria di Minerva, *ubi teſtatur in hoc loco* Sancti

Petri *de Montagnone lapidem reperiſſe his literis inſcriptum*

VELLEJA P. F.
CRESTAE
F. V. S. L. M.

Quas ultimas literas ſic interpretatus eſt :
Fontibus votum ſolvit Jubens merito.
Ea tamen Antonius Moti Patavinus J. C. *ſic vertit :*
VELLEJA PUBLII FILIA CHRESTÆ FECIT
VIVENS SIBI LOCUM MONUMENTI.

At nobilis, & eruditus Comes Sylveſtri Rhodinus *in re antiquaria doctiſſimus, (& mihi ſumma amicitia conjunctus)* Valliſnerii *interpretationi annuit. Nam antiquos ſalubrium Fontium veneratione proſecutos fuiſſe, in ejus diſſertatione quam* Patavii *miſerat teſtatur.*

Hic propè videlicet in Balneo naturali de Montegrota, nudum captum fuiſſe, juſſu Actiolini, *(prætextu conjurationis detecta,)* Henreginum *à Flumine virum nobilem cum ſuis filiis, & Familia ejus tota, miſſumque Veronam, ubi mortuum in tormentis, inde Paduam miſſum, & in Platea decapitatum; Familiam verò ſuam in atro carcere fame, & fœtore conſumptam, miſerimè periiſſe, Anno* 1253. Roland. ſcribit fol. 67.

Alias Inſcript. habes in cit. Libro Agri fol. 270.

MONS MERULUS,
vulgò Monte Merlo.

PAROCHIALIS SANCTI MICHAELIS.
In fronte Ædium Parochialium in lapide.

1 Anno Domini M.DCCVII.
Alexandri Cartari Rectoris impenſa à fundamentis,
Ætatis ſuæ Anno LIV. Regiminis XXI.

Super

Super Equile in alto Lapide:
Anno Domini M. DCCVII.
Alexandri Carrari Rectoris
impenſa à fundamentis,
Anno ſui Regiminis XXI. Ætatis LIV.

Quòd hìc mentio eſt Aicardi Domini Caſtri hujus fortiſſimi, quod olim in hoc loco erat, viſum eſt operæ pretium referre, quod legi in Notitiis Hiſtoricis Hieroſolymæ liberatæ Torquati Taſſi, apud Scipionem Gentilem; hoc eſt:

Pignoria nelle Notitie Hiſtoriche *da lui fatte alla Geruſalemme Liberata* di Torquato Taſſo, *che vanno ſtampate con le Oſſervazioni al medeſimo Poema* di Scipione Gentili, e di Giulio Guaſtavino ſcrive, *che in quella Glorioſa Impreſa, alla quale per eſſortazione d'URBANO III. l'Anno del Signore* 1099. *concorſero quaſi tutti* li Prencipi Chriſtiani, *& i più Illuſtri* Cavallieri *dell'Europa: trà gl'altri de* Padovani *ſi trovarono due ſegnalati* Guerrieri, Aicardo *de Monte Merlo, e* Iſnardo *de Sant'Andrea, de' quali parla così.*

In gratia della mia Patria regiſtrarò quì due valoroſi Cavallieri Padovani, *che paſſavano all'Impreſa, e ſono quaſi rimaſti ſepolti nelle viſcere delle memorie antiche, i quali furono* Aicardo di Monte Merlo; *(vogliono i noſtri Scrittori, che foſſe la medeſima con la* Tranſalgarda, Forzate, Capodiliſta.) *Di Lui fà menzione* Alberto Acquenſe nel Libro 2. e diſſe: *che era* candidus capite, *che Iò intendo di Capellatura canuta innanzi tempo, con che fù all'aſſedio* di Nicea. *Nel primo Libro della Raccolta, intitolata* Geſta Francorum, *ſi diſſe, che paſsò con Boemondo,* da Brindeſi, Bari, & Otranto oltra il Mare. *Fù ammazzato intorno* Geruſalemme *andando al Porto del Zaffo.* Baldorico *lo chiama* Militem audaciſſimum. Raimondo de Agiles: Nobiliſſimum Juvenem, & inclytum Militem. *E* l'Arciveſcovo di Tiro, *anch'eſſo ne parla honoratamente.*

Iſnardo fù dell'antica Famiglia di Sant'Andrea da Muſone, *così forſe cognominata dal* Fiume *Muſone*; *che termina* il Territorio Padovano *dalla parte di Tramontana*, *e del quale ſtava menzione nell'antico ſigillo della noſtra Città*, *e di coſtui non hò letto più oltre*.

Mons Ortoni, vulgò Montarton.

V. Inſcript. Agri Pat. fol. 171.

IN ECCLESIA NATIVITATIS BEATÆ VIRGINIS Patrum Eremitanorum Congregat. Sancti Auguſt.

In Tumulo Patris Hilarii Vitali.

1 Frater Hilarius Vitalius Sacerdos Auguſtinianus Congregationis Montis Ortoni Ætatis annor. LI. Religionis XXXVI. cujus inter Clauſtra ab anno XIII. Ætatis ſuæ, uſque ad XV. clericali habitu exceptus, ſanctiſſimæ vitæ primitias, adoleſcentiæ florem Deo, Virginique Deiparæ addiſcens auſpicia mirabilis Sanctimoniæ exprōpſerat.
Obiit anno M. DCCV.
IV. Kalend. Februar. hora meridiana.

Reliquas Inſcript. habes in Libro Agri fol. 171.

MURELLARUM,
vulgò Murelle.

Scard. fol. 16. ſcribens de ſubjectis locis Prætori Campi Samperii, *hæc habet*: *Hæc* Agri *pars*, *omni frugum genere abundat*, *ſed vinum habet præcipuum*, *leniſſim*, *& jucundiſſimi guſtus*, *laudabilius autem cæteris habetur*, *quod ex vindemiis* Pagi Murellarum *exprimitur*: *cui quidem* Vico *nos ſpiritualiter annos jam quinquaginta præſumus*.

TARO-

PAROCHIALIS SANCTÆ MARIÆ ADSUMPTÆ.

In Templi medio Rubrum marmor.

1 Ære proprio dato. Hoc ſibi vivens, ac filiis meis morituris Bernardus Miatelus conſtruit, curavit Anno Domini M. DCCV.

---

2 D. O. M.

Hoc ſibi Laurentius Rizzi, ſuiſque Domeſticis vivens conſtruxit, curavit Anno Domini M. DCCVI. Die quinta Martii, & in eadem Foſſa ſeorſum Dominorum de Frizzieris quieſcunt oſſa.

Intus ad Partam Majorem.

3 D. O. M.

Trentini Fratres hoc ſibi, & Succeſſoribus conſtruerunt, & curaverunt Anno Domini M. DCCV.

Nonium & Bozza, vulgò Non.

Fuit hujus Pagi Comes nomine Bozza, vir ex antiquiſſima Familia Almerici Nonnii; *ex hac progenie primus* Patavii *fuiſſe perhibetur* Probus Nonius *tempore* Caroli Magni, *ut ſcribit* Scard. fol. 306. Bozza *ergo hoc ſanguine genitus, Pago nomen dedit, & pagus adhuc nomen tenet, &* Villa Bozza *nuncupatur, ut latè diximus* in Libro Inſcript. Agri fol. 232.

In hoc Vico BERNARDUS BEMBUS Patritius Venetus, PETRI BEMBI ampliſſimi Cardinalis Pater, *Agrum habuit, in quo cum Petrus filius Philoſophiæ ſtudiis incumbens, ſuorum ſibi ſtudiorum amœnam ſedem delegiſſet, rus iſtud Nonianum ſuis ſcriptis eleganter celebravit.*

In Parochialis Eccleſia Sanctæ Mariæ, Juspatronatus Monialium Sanctæ Crucis de Judaica, Inſcriptiones extant in Libro Agri cit. fol. 232.

RCENTA,

Vir. Doct. Carolus Franciſcus Cittadella nepos genio ſatisfecit, anno Salutis 1657.

Alias Inſcriptiones habes in Libro Agri Pat. pag. 233. ubi de hoc loco, & præſertim de Actiolini Tyranni Familia *plura diximus.*

O R I A C U M,
ſeu Quaſi-ora.

V. Inſcript. Agri Pat. fol. 208.

Oriacum, quaſi ora lacus, quia olim eouſque continens erat, ſubinde Lacus, & Eſtuaria Maris Adriatici, ut latè diximus in Libro Inſcriptionum Agri Patav. fol. 208. *ubi multa ſcitu digna.*

Conſpexi Venetiis in Eccleſia Sancti Rochi Monumentum notabile Viri cujuſdam è Regio Gallorum ſanguine, qui dum iret Patavium ob Religionem erga Divum Antonium, hic Oriaci à furore Ruſticorum interſectus eſt. Monumentum inſculptum marmori eſt, quod ſequitur.

1 Joanni de Chiallo Moriacò Claromontano Avernorum Equitum Præfecto cum in omnibus, belliſque tum in Gallia, tum in Italia Carolus, Ludovicus, & Franciſcus Galliæ Reges clariſſimi geſſerunt, fidem, fortitudinem, virtutemque egregiè probaſſet, Venetiaſque veniſſet, ut in Syriam tranſmitteret Chriſti ſepulchrum viſendi gratia, dum Patavium proficiſceretur, ut Divi Antonii Corpus veneraretur, in Vico Oriaci latronum inſidiis circumfecto; miſerabiliter interfecto; Franciſcus Rubeus Franciſci Regis Legatus pientiſs. poſ anno 1534. Nonis Junii. Vixit annos XXXVIII. menſ. VIII. elatus eſt cum magno, Univerſæque Civitatis gemitu.

Paluello.

Paluello.

v. Inſcript. Agri Pat. fol. 336.

PAROCHIAL. SS. ANTONII ABB. & MAGDALENÆ
Ad Aram Santiſſimi Nominis Dei.

D. O. M.

Ejuſque admirabili in nobis pietati, Philippus Chiavonetus Aram ære ſuo dicavit.

PERNUMIUM,
vulgò Pernumia.

Caſtrum olim Munitiſſimum, ſub ditione Familiæ quæ ſuum inde traxit cognomen; meritò porrò celebranda eſt fides Lucretii de Pernumia, *Citadella tunc à* Scaligero *obſeſſa, pro* Jacobo de Carraria Præfecti *verè vigilantiſſimi, quippè qui, tradente* Cortuſio fol. 31. anno 1319. *propter multas vigilias mortuus eſt. Nec prætereunda* Petri, *Medici ſuo tempore Excellentiſſimi, doctrina; de quo* Scardeonius ſcribit fol. 207. *Cum in re Medica cæteris, & curando, & docendo præſtaret, miſſus fuit ad* Franciſcum Carrarienſem Seniorem, *qui arcta custodia* à Galeatio Mediolanenſi Principe *tenebatur, quaſi hic unus, ſua arte hominem mortifero morbo laborantem, ſenioque confectum, & jam morientem, poſſet ab inferis revocare, juxta illud* Ovidii,

Non eſt in Medico ſeper relevetur, ut eger,
Interdum docta, plus valet arte malum.

IN ARCHIPRESBITERALI TEMPLO S. JUSTINÆ
Ad Aram ſpecioſam Sanctiſſimi Roſarii,

1 D. O. M.

Altare S. M. Hoſpitalis privilegiatum pro Confratribus, & Sororibus Santiſſimi Roſarii. Gubernatoribus D. Ludovico Reato, & Nicolao Carturano, anno 1700.

Alias Inſcriptiones vide in Libro Agri fol. 401. ubi non pauca.

OPPE-

OPPELIANICA, *vulgò Pianiga.*

V. Inſcript. Agri Pat. fol.272.

IN PAROCHIALI SANCTI MARTINI, Ad Aram Sacræ Pietatis.

1 Impendio, & pietate Jacobi Calzavara Pintoni Vic. Foranei, & hujus Eccleſiæ Gubernator.
Anno Domini M.DCCVI.

Fuit hujus Eccleſiæ Sancti Martini Julius Alvarotus *Prothonotarius Apoſtolicus, & Canonicus Patavinus, Anno M.D LV. Adminiſtrator, & Eccleſiæ Viti Novi Plebanus, Anno 1542. Vide Inſcript. Agri Patav. fol.* 347.

PLEBS SACCI,
vulgò Piove di Sacco.

Oppidum à regione Saciſſa potius, ut placet Scard. fol. 6. *quam à Siaco vicino rivulo, ut vult* Sabellicus *dictum, nudatum mœnibus, ſed lata foſſa, & quatuor turribus communitum, hac noſtra tempeſtate à PATRITIIS VENETIS ſpecioſiſſimis Ædibus exornatum, & incolarum frequentia completum, Inſignique Templo condecoratum, & Sacerdotiis multiplicibus, & opulentis à* Bertha Regina, & Milone Epiſcopo *dotatum,* vide Inſcriptiones Agri Patavini fol. 291. & ſeqq. *ubi de antiquitate hujus Oppidi, deque variis fortunæ vicibus, quibus antiquis temporibus conflictatum eſt uberius diximus.*

Quidam Juvenis *ex hoc* Caſtro *appellatus* Taſius *ferè non potens immanitatem, quam in dies exercebat* Actiolinus *in omnem ſexum, conditionem, & ætatem in Urbe; quippè ingenii acris, & excelſi, icto fœder. cum* Marchione Eſtenſi *Hoſte graviſſimo* Actiolini, *ſocietatem iniit in auxilium Patriæ: quam ob rem perciratus* Tyrannus *Carcere mancipavit* Rubeum *Patrem ejus,* Boncardum, & Avenzutum *ejus Cognatos (cum quibuſdam aliis de Plebe) ut inquit* Rolandinus fol. 87.

Anno 1253. Ob quandam conſpirationem inventam, ut dicebatur, in qua multi de Civitate, de Caſtris, & Villis juraverant. *Addit mox fol.* 71. *Anno* 1254. Et alii multò plures tam de Padua, quam de Verona, quidam ferro, quidam carcere perierant, & alii miſſi Paduam ſunt mortui, inter quos Rubeus de Plebe, & poſt mortem in Platea Paduæ decapitabantur, & eorum corpora cremabantur.

Hoc antiquum Monumentum, quod erat olim in hoc Caſtro, à DANIELE VICTURIO Patritio Veneto ad Vicum Strata delatum eſt; ibique una cum aliis XXXV. quæ in Domo ſua habebat, teſte Scardeonio, *collocatum: quorum nihil nunc in Ædibus reperitur, præter illa tria, quæ infixa parietibus adhuc viſuntur, eaque deſcripſimus in Libro Agri fol.* 344.

Sub facie mulieris, & Equite armato.

M. ANTONIO CELERI
EQ. LEG. VII. G.P.F.
JULIA MAXIMA HAERES
FECIT
SIBI ET CONJUGI CARO
ST. XXX. F.
..F.. P. XII. IN AG. XVI.

Marco Antonio Celeri Equiti Legionis ſeptimæ Geminæ, piæ felicis Julia Maxima hæres fecit ſibi, & conjugi caro. Stipendia triginta fecit. In fronte pedes duodecim in Agro ſexdecim.

IN COLLEGIATA INSIGNI S. MARTINI,

Ad ſpecioſum, & marmoribus undequaque fulgentibus dives, Sacellum Sanctiſſimi Roſarii.

Ad latus Aræ in Tabella.

1 Erecta fuit Societas Sanctiſſimi Roſarii in hac Eccleſia magno civium, & populorum plauſu, & devotione, Anno Dom. M D LXXX. Die XXVI. Aprilis.

Alias Inſcriptiones, vide in cit. Libro Agri Patav. fol. 291. *ubi plura diximus.*

PONS

PONS BRENTÆ.

IN PAROCHIALI S. MARCI PONTIS BRENTÆ, *V. Inſcript. Agri Pat. fol. 416.*
Ad Chorum in pulchro lapide.

1 Chorus iſte ex anguſta in amplam formam redactus eſt expenſis Nobilium, Popul. & Fratel. Hujus Eccleſiæ Rectore Andrea Bonetti Patav. Anno M. DCXCVI.

Alias Inſcriptiones habes in Libro Agri Patav. fol. 31.

PONS CASALIS,
vulgò Ponte Caſal.

V. Inſcript. Agri Pat. fol. 403.

Olim Caſtrum, Foſſis, aggeribus, Arce, & Turri magna, & fortè munitum, quæ hodie altiùs à terra pro Turri Campanaria deſeruit, Scard. fol. 20.

PAROCHIALIS SANCTI LEONARDI
Abbatiæ Candianæ unita.

Supra Oſtium Majoris Januæ, quæ ampla & ſpecioſa eſt.

1 DOMUS ORATIONIS.

In Choro ad Immaginem Chriſti cœnam referentem, ubi Effigies Rever. Abbat. HIERONYMI DELPHINI Rect. & Can. Sancti Salvatoris de Candiana.

2 Di quel, che m'hai conceſſo ò mio Signore
Tutto queſt'offro al tuo devoto honore.

E' regione hujus ſub Immagine Crucifixi Paſſionem exhibentem.

3 Dic mihi quandoque bono dixiſti Chriſte Latroni
Mecum cœleſtem, veneris in Patriam.

Ad parietem Domus Rectoris alius in lapide.

4 Dño Ruberto Negronio Rectore, & Sancti Salvatoris Canonico propter incendium redificata, Anno Domini M. DCLXIV.

PONS LONGUS, vulgò Ponte Longo.

In Æde Patrum Sanctæ Mariæ Gratiarum de Padua Ordinis Prædicatorum, Super Oſtium in lapide.

1 Pii V. Pont. Opt. Max. munificentia præſidium hoc Fratribus ſui Ordinis Prædicatorum conceſſum. Nunc autem Opere Patris Magiſtri Benedicti Bartholini Veneti, Prioris Ædes, Fratrum ſuorum commodo, adjunctæ ſunt, Anno Domini M. DCLII.

Inſcriptiones Eccleſiæ, habes in Libro Inſcriptiones Agri Pat. fol. 403. ubi de hoc loco plura diximus.

PRATUM, vulgò Prà.

V. Inſcript. Agri Pat. fol. 109.

PAROCHIALIS SANCTISSIMÆ TRINITATIS Super Oſtium Sacrarii in lapide.

1 Benedictio Domini ſuper caput juſti. R. G. D. T. M. DCLXXVII.

Ad Aram maximam.

2 Ex piorum eleemoſynis, Marcus Antonius Corſetus Curatus, Franciſcus Marriacius, Angelus Bertaccius, & Antonius Minius Priores, Anno M. DCLXXXIX.

In ſublimi Altaris Beatæ Virginis Sanctiſſimi Roſarii.

3 Ex piorum eleemoſynis, Marc'Antonio Corſero Curato. Maſſari Olivo Minio, Antonio Minio, & Anto-

Digitized by Google

nio Cuſin. Anno Dom. M. DCXCVIII.
Girolamo Zullo pingebat 1635.

Ad Aram Sanctiſſimi Nominis Dei.

4 Anno D. D. D. M. DCCIII. Reveren. Domino Joanne Triviſano Morte PP. DD. Jacobo Fornaſerio, Antonio Minin, & Antonio Bardino eleemoſynis ex piorum factum fuit F. F.

Sub Immagine Christi.

5 Anno Domini M. DCCVI. fatte dell'Elemoſine, delli Maeſtri della Dottrina Chriſtiana di Prà, Rettore il Molto Reverendo, & Eccellentiſſimo Zuanne Triviſano.

R E S I U M
Vicus in Agro Tarviſino.

ARCHIPRESBITERALIS SANCTI MATTHÆI
Super Oſtium Canonicæ Reſi.

1 D. O. M.

Plebanales has Ædes penitus dirutas proprio ære conſtruere, & à fundamentis reparare incœpit, anno M. DCLXV. ſed multis frendentibus, variiſque exortis litibus, & diſcordiis, ac tandem ſuperatis, & placatis; Maſſatii ſubindè ære Fabricæ ſimul concurrentibus, Chriſtophorus Salamonius J. Utr. Doct. Canonicus è Colonia Cretenſi, Plebanus reſtaurare complevit M.DCLXXX.

Ad Baſim Turris Nolariæ.

2 D. O. M.

Anno Domini M. DCLXXXVI.

Hoc opus ſicut incœpit Plebano Chriſtophoro Salomonio Cretenſi J. Utr. Doct. ita Plebano Nicolao Martinelli Aſylienſe Succeſſore perficiendum curante. Joannes

nes Antonius Pedrini de Reſio perfecit communi ære, Anno Domini M. DCXCIV.

Scribenti aliorum Monumenta viſum eſt mihi indulgendum eſſe, atque hic Fratris mei mentionem facere. Fuit is Archipresbyter Eccleſiæ Reſii in Agro Tarviſino, quam ſibi poſt excidium Patriæ Munificentia Veneta clementiſſimè impetravit.

RIPERIA,
vulgò Rivella, ubi Molandina.

V Inſcript. Agri Pat. fol. 244.

Vicus hic memorabilis eſt ex hoc facto. Cùm Urbem Patavinam *obſidione premeret* Canis Scaliger Veronæ Tyrannus, *irruptione facta ex* Urbe Ducibus Jacobo de Carraria, & Comite Guerra San Bonifacio *eum eo compulere Patavini, ut fuga arrepta ad Montemſilicem ſe converteret, quam fugam narrat* Cortuſius *additis his verbis fol.* 55. *c.* 17. *contigit hoc Anno M. CCC XX. die* VI. *Auguſti*. Cum Dominus Canis fugeret de Campo verſus Montemſilicem per Rivellam quidam Villicus, qui cum blado erat in Molendinis Rivellæ, aſpiciens æquum Domini Canis valdè feſſum, eidem ſuam æquam præſentavit, cujus virtute captivitatem evaſit, & in Montemſilicem ſe reduxit.

Olim in hoc loco Moletrinarum propè Ripam fluminis inventus eſt parvus lapis, quem notat Scard. fol. 70. *cum his literis.*

FLORO CAEC. JARU.

Ex altera parte Fluminis, nempè dextra, quæ ducit ad Montemſilicem aſpicitur ſpecioſa domus Egregii Viri Joſephi Cortuſii *Nobilis Patavini, ubi ſupra Oſtium Januæ Majoris legitur.*

Cœptum fuit Anno Incarnati Verbi

M D XXXII.

Completum verò Anno Redempti Orbis

M D LXXXVIII

Hæc

Digitized by Google

Hæc Familia (quæ mihi ſemper peramica fuit) olim appellata de Curte Oſis ; *migravit* Patavium è Germania *tempore HENRICI IV. Imperatoris , & Italiæ Regis , receptaque eſt inter ducentas Familias Inſignes Civitatis , Auctores hujus Familiæ Patavii ſcribit* Jo: Bon. Andreas *fuiſſe* Andream , & Bolzonelum *Equites , qui erant de Curia Imperatoris , quare* Ungarellus *vocat* Cortuſios Curiales. Urſatus *in ſua Hiſtoria fol.* 220. *ſcribit elegiſſe Paduam pro Patria Anno* 1016. *alii de Anno* 1011. *De hujus antiquiſſima Familiæ Viris Illuſtribus , vide* Inſcriptiones Urbis fol. 244. *in poſtilla , ubi de* Vvilielmo , & Abrigherto Hiſtoricis , *& de* Aloyſio , *qui reditus* Actiolino *ſuſpectus cum ſua Uxore , filiis , & propinquis omnes uno gladio truncavit . Et fol.* 275. *De* Ludovico *J. C. quem* Scardeon. *reconditorium Juris appellat . Quibus addo* Albrighettum *alium Bis Bellunis Prætorem , videlicet Anno* 1291. *&* 1303. Antonium , *qui à* Carrarienſibus , *(quorum injurioſum Imperium patienter ferè nequiverat) à Patria pulſus exceptuſque à VENETIS , ac Equeſtribus turmis Præfectus , in varias expeditiones miſſus eſt per annos triginta , & tandem in Illyrico morte glorioſa occubuit Anno* 1377. *Addo etiam* Matthæum (à Guicello de Cammino Tarviſii Domino Equitem , & Feltriæ Prætorem dictum) & Bonzanellum *ejus Fratrem , quos* Scardeon fol. 310. *(generoſos Equites , & inſignes Tribunos vocat .) Hi in expugnatione* Nonæ Urbis *in finibus* Dal natiæ *viriliter oppugnando , ambo in una conflictu glorioſa morte ceciderunt . Tandem ut alios ommittam hujus ſtirpis præclaros viros , memoraba* Jacobum Antonium Cortuſium , *fuit is novus* Dioſcorides , *ut eum vocat* Portinarius. *In re herbaria , cœpit oſtendere , & explicare virtutes Herbarum in Horto Medico Anno* 1590. *Scripſit Librum rerum memorabilium , quæ in Animalibus Terreſtribus , Aquaticis , Volatilibus , in Plantis , Herbis , Fructibus , Lapidibus , ac Gemmis inveniuntur , delineavit etiam præfatum Hortum figura ſphærica , cum herbis omnibus , quæ in ipſo habentur . Obiit Anno* 1593.

RON-

RONCALIA,

vulgò Roncaja.

V Inſcript. Agri Pat. fol. 406.

IN PAROCHIALI SANCTI BASILII

Supra Capellæ Majoris arcum in duobus lapidibus albis:

1 Per antiquam, & collabeſcentem hanc Parochialem Eccleſiam, piorum oblationes ferè à fundamentis.

In altero Lapide.

2 Reſtaurarunt, extruxerunt, & ad venuſtiorem formam redegerunt, Antonio Paccagnella Patavino Rectore Anno Domini M. DCC VI.

RONCALITRIA,

vulgò Roncagiette.

PAROCHIALIS SANCTI FIDENTII.

Templum hoc Divo Fidentio *dicatum, eo quod invento ejus Corpore in* Pulverariæ *loco à* Gauſlino Epiſcopo *Anno M. C. ut diximus in* Libro Inſcriptionum Agri Patavini fol. 339. *& ad vicinum Flumen delatum, ut inde navigia Patavium duceret, hoc in loco, ubi perventum eſt, in hujus rei memoria Eccleſia eſt ædificata* ex Brev. Rom.

Extat altera Eccleſia eidem Divo Fidentio *dicata Megiadini ubi Sanctum Corpus quieſcit in via Publica juxta Quercû Sancti hac inſcriptio:* Nonagenteſimo ab Incarnatione D. N. J. C. *Anno decurſo, Angelus in ſpecie Bubulci defixo terræ querneo Ramo, qui poſtea crevit in hanc Magnam Quercum, cum curru juvencis, qua Sancti Corpus (è Vico Roncalitriæ) huc mirabiliter ducebant, ab omnium oculis repens evanuit.* Ex Rom. Brev. Vide Inſcript. Agri fol. 143.

Fuit

Fuit olim ex hoc Vico, in quo Jus habebat Nobilis Familia de Roncalitria, *ex qua* Matthæus *Philoſophus, & Medicus inſignis, qui publicè interpretatus Ariſtotelem, & poſtea* Galenum *Magnum in tota Italia, totaque Europa doctrinæ laudem conſecutus eſt. Is in Academia Patavina Principem locum tenuit; cujus ſepulchrum viſitur adhuc in Clauſtro Templi Divi Auguſtini, cum hoc Epitaphio literis Gothicis.*

Mærus Ariſtotelis interpres, & Galeni
Interpres loyce gloria victa jacet,
In cunctis Cathedris Patavi decus iſte MATTHÆUS
De Roncalitrio phœbus in Orbe nitens
Cum tribus aſumptis volitabant mille treceni
In Maii Nonis concidit Orbis honos.

Scardeon. fol. 40.

RONCHI, vulgò DE CAMPANILI.

Hic locus vocatus eſt Ronchi de Campanili, *nomen habuit ab* Ungarellis *Familia priſca, & potente, in qua ſuit quidam appellatus* Campanilis *vir facundus, ſapientia ornatus, dives & potens.* Ungarellus par. 4. *V. Inſcript. Agri Pat. fol. 236.*

In fronte Sacræ Ædis in Marmore Sancti Jacobi Apoſtoli.

1 Sacras Ædes aviti juris patronatus Familiæ Frumentinæ vetuſtate labefactatas Cornelia de Apoſtolis dilectiſſimo Viro Marco Antonio Furmento, & Leonardo ejus Patruo Veneti Senatus à Secretis horis vita functis. Joanni Furmenti Mater, ac Tutrix cum pupillari, tum proprio dotali ære à fundamentis denuò erexit, ampliavit, ornavit, hocque poſteris pietatis ſuæ Monumentum P. C. Anno Dom. 1677.

Alias Inſcriptiones habes in Libro Agri.

RONCHONIUM,

vulgò Roncon.

V Inſcript. Agri Pat. ſol 407.

Rus unde nomen habuit Familia Patavii *clara, & potens de* Ronchonis, *quæ ibi jus habuit, jam diu extincta crudelitate* Actiolini, *quòd* Deleſmaninis, & Campiſamperiis *conſanguinitate juncta eſſet* Petr. Gir. lib. 6.

In Parochia'i Eccleſia Sancti Laurentii.
Humi in albo lapide ſepulchrali.

1 Joannes Baptiſta Angeli Tridentinus in Morali Theologia, animarumque cura omninò verſatus, hanc rexit Eccleſiam Ann. XXX. ac de ea optimè meritus. Bernardus Baruchelli Tridentinus ejus pronepos, & Succeſſor memor Beneficiorum, & mutui amoris poſuit.
Obiit anno M. D C L XXIV. Ætatis ſuæ LXXII.

In Æde Parochi bujus Eccleſiæ Ronchonii *cum ſingulorum inſignibus nomina Parochorum, qui fuerunt ab initio Anno videlicet 1606. erectæ in Parochialem vide omninò ſupra ſol* 210. *uſque ad hæc tempora, quo Eccleſia ſecreta eſt ab Abbatia* Sancti Jacobi de Mandriola *Nobilium Comitum* Sancti Boniſacii, *Ideſt:*

Rever. D Octavius Viſpignanus Brighelenſis Faventinæ Diœceſis, Primus Rector 1607. uſque ad 1622. & reſignavit.

Rever. D. Angelus Doſſi Venetus rexit ab anno 1622. ad 1629. & reſignavit.

Rever. D. Balthaſar Palatinus Cadubrinus ab anno 1629 ad 1638. & obtinuit Sanctæ Euſemiæ de Bergorico.

Nobilis Vir JOANNES SUPERANTIUS Venetus rexit ad 1640. & reſignavit.

Hic cum Romæ eſſet vacantem hanc Eccleſiam, quam putabat unitam eſſe cum Abbatia Sancti Jacobi de Mandriola, *à qua*

à qua Paulo ante ſecreta fuerat, & erecta in Parochialem; eam obtinuit, ſed poſtea dum deprehendiſſet rem aliter ſe habere eam ſtatim renunciavit.

Revet. D. Baptiſta Angeli Tridentinus rexit ab anno 1640. uſque ad 1669. & reſignavit.

Rever. D. Bernardus Baruchelli Tridentinus, Sacræ Theol. Doct. Collegiatus, Vic. For. rexit ab anno 1679. ad 1691. inde Eccleſiam Leonis, hodie Cornelianæ.

Rever. D. Franciſcus Zamboninus Patavinus Jur. U. D. rexit ab anno 1691. uſque ad 1702 hodie Archipresbyter, inſignis Eccleſiæ Sancti Angeli, vulgò de Sacco.

Rever. D. Jo: Dominicus Zapetti Patavinus Rector ab anno 1702. hodie vivit.

Vide omnino Inſcriptiones Agri fol. 407.

ROSARA.

V Inſcript. Agri Pat. fol. 340.

Parochialis Eccleſia Sancti Danielis Martyris.

Cum Anno M.C XVII. Clugienſes *occupaſſent in hac* Agri Patavini *quædam loca appellata PESA da BO', invento lapide Anno 1300. cum ſequenti Inſcriptione, loca illa ex Venetorum Sententia, Patavinis reſtituta ſunt.*

In Campis Patavis hæc petra ruta fuere
Præſertim BOVUM ſtercora plena fere.
Hæc quoque, cum raperent Clugienſes ſtercora Bovum,
Ceſſit, & hora fuit petra vocata BOVUM.

Iterum in Milleſimo trecenteſimo, Menſe Maii, cum iterum occupaſſent VENETI, tandem hic lapis fuit inventus, & habita vera Confinia, & contra eos data eſt ſententia. Hæc Ung. p. 1.

Vide Librum Inſcript. Agri Patav. fol. 340. Ubi de hoc Loco, tum Brodioli, Calcinariæ, Curtis, Caput Vici, Lupæ, *& aliorum ſubjectorum Poteſtati* Plebis Sacci, *præter Inſcriptiones Eccleſiarum, ſcripſimus multos bellorum caſus, & alia non omnino inutilia.*

RUA Mons, ubi Heremus.

Olim aſper, atque incultus, ac propè neglectus eſt. Nunc autem poſtquam anno 1537. Hieronymus Seſsa Neapolitanus Heremita Camaldulenſis, *vir doctus, & pius*, à Monachis Sancti Matthiæ de Murano *illum obtinuit, & coli cœpit, & illuſtratus eſt, & ibi perpulchrum delubrum conſtitutum; auxilio & favore* Balthaſsaris Mauri Patritii Veneti, Galeatii Bigolini, Antonii Muſsati *piiſſimorum Virorum, nec non ope Religioſi Sacerdotis* Aurelii Scapini, *horum enim ſtudiis & favoribus, cultu, curaque, & labore Heremitarum ibi commorantium, factus eſt aſcenſu facilis, frugibus fertilis, & amœnus, aſpectu jucundus, ut ſit cunctis adeuntibus admiratione ſpectabilis. Mihi præſertim, qui non rarò eum locum adii, adeoque, ac fruor beata illa ſolitudine, & quiete inter Religioſiſſimos, mihique amiciſſimos Patres, quorum arctiſſima neceſſitudine utor.*

Ad Viam, quæ ducit ad Bibliothecam, & Noſocomium *aſpicitur in pariete Occidentem verſus parvum, ſed elegans ex Marmore ſimulachrum* Sancti Romualdi *præ manibus caput mortui tenentis, cum his literis.*

O MORS APERI MIHI
JANUAM CŒLI.

Jacent in hoc Templo in Sacello ſuorum, à JOANNE CORNELIO VENETORUM DUCE Inclyto extructo, duo Pontifices Patavinæ Eccleſiæ, Marcus Antonius, & Georgius,
Obiit ille Anno M. DCXXX VIII.
Iſte Anno M. DCLXIV.

Inſcriptiones Eccleſiæ, vide in noſtro Libro Inſcriptionum Agri Patav. fol. 174.

SACCO

SACCO LONGO ABBATIA.

In Templi medio Tumulus marmoreus.

1 Franciſcus Suaglies Siculus, Vicarius hujus Eccleſiæ, cui XX. Annos inſervivit, ſibi, & Vicarius Succeſſ. P. C. *V Inſcript. Agri Pat. fol. 198.*

Ad Aram Sanctiſſimi Roſarii Beatæ Virg.

2 Erecta fuit in hac Eccleſia Sodalitas Sacri Roſarii, Anno M. D C XXIX. juxta Bullam datam Romæ à Magiſtro Sacri Palatii, & Vicario Apoſtolico Nicolao Rodulphio Ordinis Prædicatorum.

SALBURIUM, vulgò SALBORO.

Parochialis Aſſumpt. Beatæ Virg. de Spaſano.
In Sacrario Tabellæ Lapidea cum hac Inſcriptione.

1 Hoc Sacrarium antea anguſtum, & incommodum, in hanc laxiorem, & oportuniorem formam pia cura Jo: Caminoti Rector. & Popul. liberalitate redactum eſt, Anno M. DCCVII. *Incidendæ.*

Is ampliavit etiam domum Parochialem domicilii additis redditamque valdè commodam, & pervenuſtam.

SYLVATIANUM,
vulgò Selvazan.

Familiæ, quæ nomen dedit huic Caſtro, quorum ditionum habuere, oriundi à Maltraverſis: *Jus vitæ, & necis obtinuerunt: ſed quòd unus ex his juſſit erui oculos Fœminæ ob ſuntum commiſſum,* Reſpublica Patavina *hujus ſævitiei atrocitate commota legem tulit Anno* 1120. *nequis ſub pœna capitis in* Agro Patavino *Jus vitæ, & necis exerceret, revocato hoc jure ad unum Prætorem Patavii.* *V Inſcript. Agri Par. fol. 198.*

In Eccleſia Parochiali Sancti Michaelis Diœceſis Vicentinæ In Templi medio. In Arca lapidea Nobili.

1 Matthæi Ciſcati
Jur. Utr. Doct.
Hujus Eccleſiæ Archipresbyr.
Sapientiſſimi, integerrimi, vigilantiſſimi,
Condidit cineres hic,
Servandos ad vitam,
Extinguendus nunquam,
Communitatis hujus
Ante deſiderium Amor,
Poſt deſiderium dolor:
In majora ſi liceat,
Amoris, ac doloris monumenta conſenſuræ
Anno Domini M.DCCV.

SCALTENIGO.

V. Inſcript. Agri Pat. fol. 274.

Nomen fuit antiquæ, & potentis Familiæ Scalteghinorum. *Qui huic loco præfuerunt, & ſcribit* Ungarellus *eos etiam aliis locis præfuiſſe, extincta eſt anno circiter* 1400. *Ex Chron. MS.*

In Eccleſia Sancti Petri Apoſtoli Diœceſ. Tarviſin. Humi propè Aram Sanctiſſimi Roſarii in lapide.

Felicita, Baſtian Gerardo, Anno M.DCXX.

Alias Inſcriptiones vide in Libro.

STRATA, vulgò STRA'.

In veſtibulo Majoris Templi Januæ lapis cum figura Sacerdotis liter. Gothicis.

Queſta ſi è la Sepoltura de Pre Zuanne Dau. Toſſato 1384.

SAN-

SANCTI ANGELI,
vulgò Sant' Angelo di Sacco.

V. Inſcript. Agri Pat. fol. 312.

In eleganti Oratorio Sancti Salvatoris, Jacobi Poleni *Civis Veneti, Viri apprimè docti, & Pii in duabus marmoreis Tabellis.*

1 Hic legitimè phœneratur
Pro uno centuplum
Ab Emporio tam utili (quiſquis es) ceu vacuus diſcedas
Pro noſtra Familia preces effunde;
Nec dubites de queſtu promiſſo;
Quamvis enim POLENI omnes defuncti, vivique
ſe ſe offerant debitores
D. O. M.
eſt Fidejuſſor.

In Altera Tabella.

Non ergo prætereunda fidelibus vobis offertur occaſio,
Unde poſſitis unica prece
Vobis multum, multum cæteris benefacere,
Nilque impetendo ſummum acquirere,
Et felici negotiatione
Dare quod protinus multiplex redditur
Uſuraque ſpirituali
Et dantes, & reddentes
Mutuò in cœlis theſaurizare.

S. MICHAELIS ABBATISSARUM
vulgò San Michiele delle Baeſſe.

Inſcript. Agri Pat. fol. 257.

Ad dexteram Aræ maximæ in vivo lapide magnis literis:

1 Pontif. Max. Santiſſimo D. D. PAULO V. Epiſcopo Patavino Illuſtriſſimo, ac Reverend. D. MARCO Cornelio II. M. DCXIX.	*Ad Levam.* Ope, & opere Uldarici Cioti Rect. devotione Populi Anno Domini CIↃIↃCXVI.

Ad pedes Aræ.
Reſtaurata Anno M. DCXX.

Sub Immagine Crucifixi.
2 Chriſtus ſe ſibi; Tu te Chriſte.

In Æde Parochiali ſupra Portam in lapide.
3 Uldarici Cioto Rect. Communiſque ſumptibus à ſolo extructum, Anno Domini M. DCXI.

TITULUM, & LIVIANUM,
vulgò Teolo, e Luvignan.

Vicus amœniſſimus, & non inde procul eſt Livianum: *utrumque à* Tito Livio *nuncupatum, ut latius diximus in* Libro Inſcriptionum Agri Patav. fol. 221. *Domibus frequens de cujus Vici laudibus* Pierius Valerianus *Illuſtris Poeta cecinit elegantiſſimum Endecaſillabum ad* Franciſcum Capiliſtium *Equitem: & hunc appellat* Titi Livii *ſeceſſum, &* Pauſylipem Capiliſtiorum.

Paro-

In Ædibus Vicarii.

In Aula inferiori, ubi Stemmata Vicariorum in Lapide.
Sub Stemmate Campiſamperii Leonis erecti.

1 PIETRO CAMPOSANPIETRO
Vicario M. DL.

Ibidem ſub eodem Stemmate Leonis.

2 DANIEL CAMPOSANPIETRO
M. DCLXXXIII.

Ibidem ſub Stemmate.

3 Sertorio Urſato Doctori, & Equiti Titulo Vicario Munificentiſſimo, Titulari devinctiſſimi poſuere. 1674.
De hoc celeberrimo Viro mihi dum in humanis erat benevolentia, & amicitia conjunctiſſimo. Vide Inſcriptiones Urbis fol. 539. & in hoc Libro fol. 175.

Ibidem ſub eodem Stemmate Leonis erecti.

4 COMES CAMPOSAMPERIUS
Vicarius M. DCXXI.

Sub porticu, ubi Gentilitia Vicariorum Stemmata.

5 Quæ Petrus Antonius Turricella Vicarius in ordinem redegerat, jam conſumpta iterum reſtituit.

IN ARCHIPRESBYTERALI ECCLESIA

Sanctæ Juſtinæ. Humi in Choro in Lapide.

6 D. Marco Veronenſi hujus loci ſeptem ferè luſtra inſigne Archipresb. Vic. For. integerr. Non tam ſenio An. LXIX. quam animarum ſolicitudine confecto. Obiit Septim. Id. Auguſti 170... Antonius dulciſſimus Frater, hic jaciturus poſuit.

Olim in Atrio ſuperiore Domus PETRI TRIVISANI Patritii Veneti, *ſupra pulcherrimam, & ornatiſſimam ligneam Turrem horologiam Epigramma Deſiderii Lignaminei Ordinis Prædicatorum.*

Turris Horologia PETRI TRIVISANI *ad Viatores.*

Lignea ſum TURRIS, cujus de vertice ſummò
 Auditur vario ſæpiùs hora ſono.
Quæ ſervos docet, quæ ſint tractanda per agros
 Occultumque nihil muneris eſse ſinat.
Quiſque ſui diſcat perſungi temporis uſu
 Nam curſu rapidos præterit alma dies.

OTTAVO, *vulgò* Tao.

PAROCHIALIS SANCTI PETRI.

V. Inſcript. Agri Pat. fol. 263.

Huic Parochiali Sancti Petri (olim Beatæ Virgini dicata) unita erat alia Parochialis Sancti Fidentii vulgò de Fornacibus, quæ nunc eſt destructa.

Fuit antiquitus in hoc Pago Caſtrum validum tribus munitum Turribus, quarum una erat in Platea, altera creditur fuiſſe ubi nunc ſita ſunt Ædes Nobilium de Camerinis, † *quam Scriptura aliquos vetuſta, Turrim Merlatam nuncupant cum mota, ejuſdemque adhuc extant quædam veſtigia; tertia, quæ nunc Turris Nolaria eſt pariete ſatis lato, & valido ea nunc humilis eſt, quod ejus parietes dejecti ſunt, ut Forma Turris Nolarum, qua nunc habetur, efformaretur. Hoc Caſtrum conditum à* Proceribus de Limena, Dominis de Scintilla, *Anno* 1135. *vendiderunt, quando relicto cognomine de* Scintilla *ſe de* TAO *appellaverunt, ut diximus in* Libro Inſcript. Agri fol. 262. *Hi fabricaverunt in Vico Sancti Petri Patavii Palatium Merlatum magnificum cum Turre magna, quod* Actiolinus *destruxit.*

† De

† De Cametinis, hæc in quadam vetuſto Chronico legi videlicet: *Hanc Familiam appellatam fuiſſe de* Rogatis, *ex qua cum* Alexander Camerinum *migraſſet, ibi Familiam primo propagavit; & cum anno* 1406. *veniſſet* Rinaldus *Patavium; hic Doctoratus Lauream conſecutus, Familiam fixit, appellavitque* Camerino, *unde propagata eſt Familia.*

Fuit ex hac Familia Magiſter Antonius Camerinus *Patavinus* Ordinis Prædicatorum *de Conventu Sancti Auguſtini, Vir pius, & Regularis Obſervantiæ cultor, ſed præſertim adeo ſtudiis deditus, ut cum incredibili admiratione, non ſolum hic in Patria, ſed in multis aliis ſuæ Religionis Cœnobiis humanam, & divinam ſapientiam glorioſè profeſſus eſt. Scripſit multa, quæ temporis injuria, & bellorum, quibus Civitas premebatur periere. Obiit IV. Maii M.CCC LXXXIX. cujus funeri adſuit Univerſitas Theologorum, ad quos de more elegans Oratio habita eſt.*

Præfuerunt huic Cœnobio duo alii præclari Viri ex hac Familia de Camerino, Magiſter Lazarus *Anno* 1435. & Magiſter Petrus *Anno* 1439. *Ex Annalibus Conventus Sancti* Auguſtini. *Auctore* Valcio Muſcheta.

In Eccleſia ad Aram Sanctiſſimi Roſarii Beatæ Virg.

1 Erecta fuit Societas in hac Eccleſia XVII. Octobris M.DCLXXXVIII. à Magiſtro Jacobo Salomonio Ordinis Prædicatorum, Curiæ Epiſcopalis Theolog. Rectore Domino Franciſco Cavalino J. U. D. de Eſte Procurante.

Ibidem propè Turrim Nolarum altius in pariete Tabella lapidea parieti fixa cum hac Inſcriptione.

2 Tria hujus Eccleſiæ Altaria, ante lignea, vetuſtate, & carie deformata, in hunc nitorem reſtituta ſunt, diligentia Rever. D. Natalis Erbolati Rectoris, piorum oblationibus, Anno Domini M.DCC VIII. *Incidenda.*

V *Inſcript. Agri Pat. fol.236.*

IN RURE TEGITUM,
vulgò Tegi.

In Parochiali Sancti Bartholamei.
In plano Tribunæ ante Aram maximam in lapide.

1 Matteo Medio Lanenſe Parocho. Obiit M.DCIXII.

In Sacello ſub Baptiſterium.

2 Petr. Hier. J. Utr. Doct. H. Eccl. Rect. F. F. Ann. 1704.

In Domo olim Antonii Zanati. *In lapide parieti fixo.*

3 Hos parvos Lares virtute partos Antonius Zanottus Medicus Phyſicus. Sit vobis cura rogat M. D.....

Poſſidet hodie has Ædes Petrus Genarius Patavinus Venetiis *Cauſarum Patronus inſignis, meus in philoſophicis diſciplinis ſedulus auditor, qui eas nobiliorem formam redactas mirificè amplificavit.*

Fuit ex hac Familia Thomas Genarius, *de quo* Scardeonius fol. 178. *Claruit in hac Academia eximia Legum peritia* Thomas Genarius: *qui longo tempore publicè cum magna nominis gloria, in interpretandis legibus verſatus, & in Curia, & in Foro, & in omni genere legalis doctrinæ præſtantiſſimus. Hic inter Illuſtres Jureconſultos non infimum locum tenuit.*

Alias Inſcriptiones, vide in Libro Agri Patav. fol. 236. *Ubi de hoc loco, & aliis proximioribus plura memoratu digna adnotavimus.*

V *Inſcript. Agri Pat. fol.38.*

TERRA NIGRA.

In Parochiali Eccleſia Sancti Cajetani.

Hæc Eccleſia erecta eſt pietate Eminentiſſim. Sanctæ Rom. Eccl. Cardinalis *GREGORII BARBADICI Epiſcopi Patav. com-*

modo

modo horum Populorum, qui olim ſuberant Parochialis Sancti Laurentii de Urbe, *ſed cum poſtea Urbs novis mœnibus circumdata fuiſſet à VENETIS, poſt ſolutam MAXIMILIANI Cæſaris obſidionem Anno* 1513. *Populi vagabantur, ad recipienda Sacramenta, nunc in unam, nunc in aliam Paraciam. Huic operi EMINENTISSIMI CARDINALIS cooperata eſt admodum induſtria, labor, & pietas* Joannis Clericati Doctoris Præpoſiti, *& tunc* Vicarii Generalis, *viri probitate, ſapientia, & in omnibus dexteritate Clariſſimi, ſed præcipuè, ex fama doctiſſimorum ejus Librorum, qui non ſolum in* Italia, *ſed tota* Europa, *uſu ab omnibus celebrantur. Vide quæ diximus de hoc præclaro Viro, mihi ſumma amicitia conjunctiſſimo,* in Lib. Inſcriptionum Urbis fol. 122.

Intra Eccleſiam ſuper magnum Templi Oſtium.

1 Joanne Caminoto Parocho primo Ædes ſurrexerunt ab imo. Anno Domini M. DCLXXIV.

Alias Inſcriptiones, vide in Libro Inſcriptionum Agri Patav. fol. 37. 38. *ubi multa diximus.*

TERRATIA, vulgò TERRASSA.

Nomen antiquæ, & Nobilis Familiæ de Terraſſa, ſeu Terracia *dicta, quòd hujus Villæ, in qua olim Caſtrum munitiſſimum erat, Juriſdictionem habuerit. Fuit ex hac Gente* Zelinus Prætor Vincentiæ pro Paduanis *Anno M. CCC.* Laurentius de Terraſſa Poteſtas pro Cane Scaligero Atheſte, *capto Caſtra à* Paduanis, *ab* Eſtenſibus *occiditur, Anno* 1320. Cortuſio fol. 36. *Familia extincta eorum ſepulchra Paduæ ad Sanctum Leonardum. Chron. MS.* *V. Inſcript. Agri Pat. fol. 410.*

In Parochiali Eccleſia Sancti Thomæ Apoſtoli.
Huius in lapide ſepulchrali.

2 Hieronymi Bragadeni Oſſa, donec induant incorruptionem, & Joannis Aloyſii Fratris.

De

De aliis Inſcriptionibus hujus loci, & aliorum huic proximorum, vide Librum Agri Patav. fol. 410. *ubi plura memoratu digna invenies.*

TOGNANA

Sub Ditione Plebis Sacci.

In Parochiali Eccleſia Sancti Paterniani.

Franciſcatus erit conjunctus in urna,
Qua Soror, ac Mater ſata ſuprema ferunt.
Anno M. DCCI.

TAURILIA, vulgò TORREGLIA.

V. Inſcript. Agri Pat. fol. 200.

In Domo Sebaſtiani Guzzoni Medici.

Vivens poſuit ſibi & ſuis Marcus Bæbius Quinti Filius maturus in fronte pedes triginta octo, cũ ſemiſſe Retro pedes quinquaginta.

V. P.
SIBI, ET SUIS
M. BAEBIUS Q. F.
MATURUS
IN FR. P. XXX VIII. S.
RETR. P. L.

Inſcriptiones Sacras habes in Libro Agri Patav.

TRAMBACHE.

V. Inſcript. Agri Pat. fol. 201.

Parochialis Sancti Laurentii.

In Majori Sacello nuper à fundamentis magnificè extructo,

In

1 D. O. M.
Nob. Leonellus Capivaceus Rector
Proprio ære conſtruxit, Anno Domini M. DCC.

In Ara Beata M. V. de Monte Carmelo recenter ædificata.

2 Deiparæ Carmelitanæ Confraternitatis ære
D. Eccleſiæ Rectore Nob. Leonello Capivacceo
Maſſarus Bortolamio Monari, Silveſtro Pavano,
Anno Domini M. DCCII.

In Altari Sanctiſſimi Roſarii novæ ſtructuræ.

3 Reginæ Sanctiſſimi Roſarii Fidelium Pietas
D. Eccleſiæ Rectore Nob. Leonello Capivacceo
Maſſariis Antonio Parpagiola, Paulo Renaldino,
Anno Domini M. DCCIV.

In novo Sacrario variis ornamentis conſpicuo.

4 A. M. D. L.
Leonellus Capivaceus Rector ære proprio
à Fundamentis erexit, & adornavit,
Anno Domini M. DCCIII.

Humi ante Aram maximam.

5 Hic jacent Oſſa Nobilium Hieronymi, &
Frizerini Fratr. q. Marci Capivacei,
Anno Domini M. DCL......

Vide Librum Inſcriptionum Agri Patavini, *ubi poſt alias Inſcription. habebis peculiares notitias hujus loci, & aliorum.*

TRA-

TRAMONTIUM,

vulgò Tramonte.

V Inſcript. Agri Pat. ſol 201.

Non videtur ommittendum factum, quod pertinet ad hunc locum Tramontii, *quodque refert* Pignoria in Spicilegio ad Hiſtoriam Auguſtam Albertini Muſſati. Muſſatus *hic cum rediſſet* Genua cum Rolando de Placiola, Jacobo de Alvarotis, & Joann. Henrico de Capivaceis Judicibus, quos Reſpublica Patavina delegaverat Oratores ad HENRICUM VII. electum IMPERATOREM, *venturum* Mediolanum *ad recipiendam* Coronam Ferream, *mox profecturum* Romam *ad recipiendam* Auream) *referens libro 6. cap.* 31. Hiſtoriæ ſuæ, *acta peracta Legationis Senatui* Patavino *narrat*, *IMPERATOREM*, *ut à* Ditione Paravinorum Vincentiam, *ab Ipſis rectam per Annos ferè quadraginta, aſſereret, creaſſe* Vicarium Imperialem ejus Civitatis Magnum Canem Scaligerum Tyrannum Veronæ, *& inimicum inſenſiſſimum* Patavinorum, [Ut vos, inquit, (ſunt verba Muſſati) hic Canis in Tyrannidem trahat. Hic ferocior Ezzelino illo filio Sathanæ, qui nec vobis parciturus ſemper invifis, ſemper exoſis, illo natus, illo educatus loco, quo undecim millium patrum veſtrorum funera una ſimili nece defunctorum, adhuc vivens memoria non abiecit.] *Ad hæc verba* Muſſati, *addit* Pignoria *loco ſuperius laudato fol.* 25. *Unam ſimilem fuiſſe necem negat* Roland. lib. 9. cap. 8. *affirmat* Villanus lib. 6. cap. 74. *qui aſſerit in illo Prato, ubi Vivicomburium celebratum ab* Actiolino *Viro teterrimo, eſt, nunquam amplius germinaſſe erbam virentem; ut appareret innocentia peremptorum.* Simile *quid audivi ego à Viris fide dignis accidiſſe in* Collibus *noſtris* Euganeis in Villa Tramontis, *ibi Pratum olim fuit; (quod etiam nunc* Ruſtici *duorum Compatrum appellant.) In ipſo duo Compatres Fœniſecatores Falcibus ſe interemerunt multa bile percitis, eo ſanguine perfuſis in locis, quia pugna ſtataria non fuit, ſed deſultoria, nil uſquam ſegetum matureſcit: licet multa tel-*

lure

Iure aggreſta, & ſimo compoſtato ſitus ille telluris, è Prato in Agrum excreverueris. Imò ſi quid in illis plagis, quas calidus Sanguis infecit, herbidum luxuriaverit, Menſe Majo vel circiter, totum exareſcit. Fundus autem eſt Aſcanii Zabarellæ *viri lectiſſimi, qui extorſit mihi Inſcriptiunculam lingua vernacula, ſecus viam reponendam aliquando,* hæc Pignoria.

Inſcriptiones Parochialis Sancti Georgii, & proximorum locorum, vide in Libro Agri Patav. fol. 201.

TRIBANIO
Ex Gente Tribania Familia Romana. *V. Inſcript. Agri Pat. fol.412.*

ARCHIPRESBITERALIS S. MARTINI,
In Conſtructione novi Templi jactus eſt primus Lapis ex nobiliſſimo marmore cum hac Epigraphe.

1 Quis demiſit lapidem angularem ejus? *Job. 38. v. 6.*
GEORGIUS CARD. CORNELIUS Epiſcopus Patavinus
Anno Domini M.DCCV. Die xxiii. Auguſti.
Archipresbyt. Franciſco de Grandis Veneto, Sacræ Theologiæ Doct. Seminarii Patav. Alumn.

VALLIS S. EUSEBII,
vulgò Val di San Zebio. *V. Inſcript. Agri Pat. fol.178.*

In Cœnobiolo Sancti Euſebii Martyris, quem Abbatem Monaſterii Pracaleæ fuiſſe volunt.

In Aula Ædium ſuper Oſtio Cubiculi.

1 Donus Aloyſius Burletus Patavinus Abbas
reſtauravit, Anno Domini M. DCLXXX.

Hanc Eccleſiam pridem Parochialem fuiſſe, traduntur. Vide Librum Inſcriptionum Agri Patavini, fol. 178. 181.

V Inſcript. Agri Pat. fol.238.

VILLA FRANCA.

In Parochiali Eccleſia Sanctæ Cæciliæ.
Ad Aram Sanctiſſimi Roſarii Beatæ Virg.

1 Erecta fuit Sodalitas Sacri Roſarii, in hac Eccleſia magno populorum concurſu plauſu, & devotione, Die..... Menſis...... Anno M. DCIII. ut in Bulla data Romæ Anno M. DCIII.

Humi in Tumulo Marmoreo.

2 Oſſa Bartholomæi Lanzoni, hujus Eccleſiæ Rectoris, & Vicarii Foranei. Obiit Anno Domini M. DCCI. Menſis Martii xxi. Ætatis ſuæ LXVII.

Alias Inſcriptiones, vide in Libro Inſcriptionum Agri Patav. fol. 238.239. *ubi multa diximus.*

V Inſcript. Agri Pat. fol.240.

VILLA GUATARA.

Parochialis Sancti Proſdocimi,
In Cretaunati, primi Epiſcopi Paduæ, à Beato PETRO Apoſtolo Anno Chriſti 46. miſſi, unde dictum eſt.

PETRO PROSDOCIMUS PATAVINIS
MITTITUR ALMUS.

In Sacello Sanctiſſimi Roſarii recenter extructo.
In baſi columnæ Altaris M. DCC.

1 Erecta fuit Sodalitas magno populorum plauſu, & devotione, Anno 1608. Die 20. Menſis Septembris, ex Bulla Romæ data à Patre Generali Ordinis Prædicator.

